- b) **Hector**, oris: trojanischer Held
- c) **Aeacide** (Vok. von Aeacides): Enkel des Aeacus (*gemeint ist Achill*)
- d) **Mars**, Martis: Mars (Kriegsgott)

Brisëis verweist auf Meleager, der auch erst auf Bitten seiner Frau seinen Zorn ablegte und wieder in den Krieg zog (dieser Verse sind nicht in der Auswahl). Dann aber schwindet ihre Zuversicht bei dem Gedanken, dass sie nicht Achills Gattin ist und sich dieser gewiss weiblichen Ersatz geholt hat. (V 109-120)

nulla Mycenaeeum^a sociasse cubilia mecum

iuro; fallentem deseruisse velis!

si tibi nunc dicam, fortissime: 'tu quoque iura

nulla tibi sine me gaudia capta!' neges.

at Danai^b maerere putant—tibi plectra moventur,

te tenet in tepido mollis amica sinu!

et quisquam quaerit, quare pugnare recuses?

pugna nocet, citharae voxque Venusque iuvant.

tutius est iacuisse toro, tenuisse puellam,

Threiciam^c digitis increpuisse lyram,

quam manibus clipeos et acutae cuspidis hastam,

et galeam pressa sustinuisse coma.

a) **Mycenaeeus** der Mann aus Mykene (*gemeint: Agamemnon, der König von Mykene*)

b) **Danaei** die Danaer (= *Griechen*)

c) **Threicius** 3: zu Thrakien gehörig (*historische Region in SO-Europa, heute auf Bulgarien, Griechenland und die Türkei aufgeteilt*).

sociare cubilia: das Bett teilen
fallentem deseruisse velis! Wenn ich lüge, darfst du mich gern verlassen!

dicam / neges ~ dicerem / negares
iurare: schwören
capta: erg. Esse
tibi (2x): von dir (dat. auctoris)
maerere: traurig sein
plectra movere: die Zither spielen

tepidus: warm
sinus, -us f.: Schoß, Busen
recusare: sich weigern
vor „pugna“ könnte man etwa ergänzen: respondes

torus, -i: Polster, Bett

increpare, -ui (hier): ertönen lassen

cuspis, -idis f.: Spitze

coma, -ae: Haar

Achill soll wieder kämpfen – und er soll Feinde töten, nicht sie, seine Geliebte! (127-134.145-154)

Mittite me, Danaei^a! dominum legata rogabo

multaque mandatis oscula mixta feram.

plus ego quam Phoenix^b, plus quam facundus Ulixes,

plus ego quam Teucric^c, credite, frater agam.

est aliquid collum solitis tetigisse lacertis,

praesentisque oculos admonuisse sui.

legata, -ae f.: die Gesandte

facundus 3: redegewandt

lacertus, -i: Oberarm
admonere (+ Gen.) erinnern (an);
mit **sui** meint Brisëis sich selbst

sis licet inmitis matrisque ferocior undis,

ut taceam, lacrimis conminuere meis.

respice sollicitam Briseida, fortis Achille,

nec miseram lenta ferreus ure mora!

aut, si versus amor tuus est in taedia nostri,

quam sine te cogis vivere, coge mori!

cur autem iubeas? stricto pete corpora ferro;

est mihi qui fosso pectore sanguis eat.

me petat ille tuus, qui, si dea passa fuisset,

ensis in Atridae^d pectus iturus erat!

A, potius serves nostram, tua munera, vitam!

quod dederas hosti victor, amica rogo.

perdere quos melius possis, Neptunia^e praebent

Pergama^e; materiam caedis ab hoste pete.

me modo, sive paras inpellere remige classem,

sive manes, domini iure venire iube!

- Danai** = Griechen
- Phoenix**: Held in der Ilias
- frater Teucri** = Aias der Telamonier (Aias und Teukros waren Halbbrüder)
- Atrida**: Nachkomme des Atreus, also Agamemnon oder Menelaos (der Plural meint beide)
- Neptunia Pergama** (Pl. n.): das von Neptun erbaute Troia

sis licet: magst du auch sein
inmitis, -e: hart
ut (*hier:*) selbst wenn
conminuere: erweichen (2. P. Sg. pass. Kurzform!)
sollicitus 3: bekümmert

urere: quälen
lentus 3: lang(wierig), säumig
ferreus 3: hartherzig
taedia (Pl. n) **nostri** Abscheu gegen mich (gen. obi.)
Ergänze: *eam*, *quam*

ordne: **est mihi sanguis, qui ...**

verbinde: **ille tuus ensis, qui pati, passus est**: zulassen
ensis, -is: Schwert
iturus erat: *PFA + esse bringt Absicht oder Ziel zum Ausdruck*

hosti / amica: *Brisëis spricht von sich selbst*

ordne und ergänze: (*hostes*), quos melius perdere possis
materia (+ *Gen.*): Stoff, Anlass (für)
remex, *remigis m*: Ruderer
inpellere classem: die Flotte antreiben (= absegeln)
domini iure: mit dem Recht, das ein Herr besitzt

Aufgabe - Beantworte bzw. diskutiere folgende Anregungen:

- Wie hat sich das Verhältnis von Briseis zu Achill im Verlauf des Textes verändert, was erhofft und befürchtet sie?
- Briseis weist zu Beginn auf den Zustand des Briefes hin (Flecken, zittrige Schrift). Welche Funktion hat diese Beschreibung für die Glaubwürdigkeit der Sprecherin?
- Fasse zusammen, mit welchen Argumenten Briseis versucht, Achill zur Rückkehr in den Kampf bzw. zur Rückforderung ihrer Person zu bewegen und inwiefern sie Pathos und Schuldzuweisungen einsetzt, um Achills Ehre anzustacheln.
- Warum braucht Achill so lange, Briseis zurückzunehmen?

- Wie stellt Briseis das Leben im Zelt (häuslich, privat) dem Schlachtfeld (öffentlich, heroisch) gegenüber?
- Erkläre die Ironie, die in den Versen des letzten Abschnitts liegt (ab: „si versus amor tuus est“ ... bis „vitam“)
- Diskutiere, wie Ovid die weibliche Perspektive nutzt, um das männliche Heldenideal zu hinterfragen.
- „Geraubte Frauen als Beute“ – Inwieweit lässt sich Briseis' Klage als zeitlose Kritik an der Objektifizierung von Frauen in kriegerischen Konflikten lesen?

Troilus und Briseida

Guido de Columnis, *Historia destructionis Troiae*

Die folgende Textpassage stammt aus der „*Historia destructionis Troiae*“ von Guido delle Colonne (13. Jh.), einem der einflussreichsten mittelalterlichen Texte über den Trojanischen Krieg. Er erzählt eine andere Geschichte von Briseis (bzw. Briseida, wie sie im folgenden Text heißt):³ Sie ist die Tochter des trojanischen Priesters Calcas, der zu den Griechen übergelaufen ist, weil er aus den Vorzeichen weiß, dass Troja fallen wird. Seine Tochter musste er in Troja zurücklassen⁴.

Personen im Text: Calcas, Briseida, Agamemnon, Priamus (König von Troja), Antenor (einer der weisesten Trojaner), Thoas (ein Trojaner)⁵

Calcas autem, Troianorum antistes, qui mandantibus diis	antistes , -stitis: Oberpriester
relictis Troianis Graecis adhaeserat, quandam filiam suam	adhaerere : sich anschließen
habebat, multae pulchritudinis et morum venustate	venustus , -atis: Liebreiz
conspicuam; Briseida communi nomine vocabatur. Hic Calcas	conspicuus 3: hervorstechend, in die Augen fallend
pro praedicta filia sua Briseida regem Agamenonem et alios	
Graecos reges sollicitè deprecatur ut praedictam filiam suam	deprecari : anflehen
a rege Priamo, si placet, exposcant ut eam restituat patri suo.	
Qui eidem regi Priamo preces plurimas obtulerunt. Sed	
Troiani contra Calcantem antistitem multum inpingunt,	contra ... inpingere : vorbringen gegen
asserentes eum esse nequissimum proditorem et ideo morte	asserere : erklären, behaupten
dignum. Sed Priamus ad petitionem Graecorum inter	nequissimus (Sup. zu nequam): sehr liederlich, verrucht
commutationem Antenoris et regis Thoas Briseidam	inter commutationem (+Gen.): im Gegenzug zum Austausch (von)
voluntarie relaxavit.	relaxare : frei lassen

³ Guidos Quelle ist wohl Benoît de Sainte-Maures *Roman de Troie*.

⁴ Die Orthographie des Textes ist „normalisiert“.

⁵ Aus: Griffin, Nathaniel Edward (Hrsg.): Guido de Columnis, *Historia destructionis Troiae* (Medieval Academy Books, 26), 1936.

Troilus ist untröstlich, als er erfährt, dass Briseida den Griechen übergeben werden muss, da er sie sehr liebt. Briseida, die ihn gleichermaßen liebt, trauert ebenso sehr.

Troilus vero, postquam novit de sui patris procedere^a voluntate de Briseida relaxanda et restituenda Graecis, quam multo amoris ardore diligebat iuveniliter, nimio calore ductus amoris in desiderativa virtute igneae voluptatis multo dolore deprimitur et torquetur funditus, quasi totus in lacrimis, anxiosis suspiriis et lamentis. Nec est qui ex caris eius eum valeat consolari. Briseida vero, quae Troilum non minoris amoris ardore diligere videbatur, non minus in voces querulas prodiit suos dolores, cum tota sit fluvialibus lacrimis madefacta. Sic continuis aquosis imbribus ab oculorum suorum fonte stillantibus vestes suas, faciem, et pectus aspersit, quod eius vestes tanto erant lacrimarum perfusae liquore, ut si prementis alicuius manibus stringerentur, aquarum multitudinem effunderent in strictura. Unguibus etiam suis sua tenerrima ora dilacerat et aureos crines suos, a lege ligaminis absolutos, a lactea sui capitis cute divellit, et dum rigidis unguibus suas maxillas exarat rubeo colore pertinctas, lacerata lilia laceratis rosis inmisceri similitudinarie videbantur. Quae dum queratur de sua separatione a dilecto suo Troilo, saepius intermoritur inter brachia eam volentia sustinere, dicens se malle mortem appetere quam vita potiri ex quo eam ab eo separari necesse est a cuius vita suae vitae solacia dependebant.

in desiderativa virtute: in der begehrenden Kraft
torquere: quälen
funditus: völlig
suspirium, -i: Seufzen
lamentum, -i: Wehklagen
consolari: trösten

querulus 3: klagend
fluvialis: Adj. zu fluvius
madefactus 3: nass
imber, -is: Regen

stillare: tropfen

quod = dass (statt ut + Konj.)

stringere: zusammendrücken
strictura: Subst. zu stringere
unguis, -is: Nagel
tener 3: zart
dilacerare: zerfleischen
cutis, -is f.: Haut
divellere: ausreißen
maxilla, -ae: Wange
exarare: durchfurchen
similitudinarie (Adv, mlat): ähnlich, gleichsam
queratur = queritur
intermoritur = moritur

malle: lieber wollen
potiri (+ Abl.): (hier:) teilhaftig sein, genießen
ex quo: weil, wenn
solacium, -i: Trost

- a) **procedere** ist hier ein substantivierter Infinitiv, der den „Willen des Vaters“ näher bestimmt („vom Willen des Vaters, hinsichtlich einer Sache vorzugehen). Im klassischen Latein würde man das Gerundium im Gen. (procedendi), ein Substantiv wie *processus* (im Gen.) oder schlicht den Genitiv *patris* erwarten. Hier aber steht der Infinitiv *procedere* als feststehender mittelalterlicher Begriff für einen „Vorgang“, „Beschluss“ oder ein „Verfahren“.
- b) *crines ... „a lege ligaminis absolutos“* (vom Gesetz der Bindung befreit) ist eine poetische Umschreibung dafür, dass die Haare offen getragen werden, also nicht durch Haarnadeln oder Bänder gebändigt („gebunden“) sind.

Aufgabe:

Die KI gibt den Abschnitt „*Sic continuis aquosis imbribus ab oculorum suorum fonte stillantibus vestes suas, faciem, et pectus aspersit, quod eius vestes tanto erant lacrimarum perfusae liquore, ut si prementis alicuius manibus stringerentur, aquarum multitudinem effunderent in strictura*“ im „Seneca-Stil“ folgendermaßen wieder:

„*Tot lacrimas oculi profuderunt, ut vultus habitusque maderent; si vestem manu pressisses, non fletum illud, sed flumen putares.*“

Beschreibe den unterschiedlichen Stil der Texte und verwende dazu die Begriffe „Prägnanz“, „Sentenz/Pointierung“, „Wortspiel“!

In der Abenddämmerung sucht Troilus Briseida auf und beschwört sie, ihr Leid zu zügeln. Immer wieder schwinden ihr in seinen Armen die Sinne.

Noctis igitur superveniente caligine, Troilus se contulit ad Briseidam, eam similibus monens in lacrimis, ut a tanto se debeat temperare dolore. Et dum sic eam solari Troilus anhelat, Briseida inter brachia Troili labitur saepius semiviva. Quam inter dulcia basia lacrimis irrorata flebilibus ad vires sui sensus ea nocte reducere saepius est conatus. Sed diei hora quasi superveniente vicina, Troilus a Briseida in multis anxietatibus et doloribus discessit, et ea relicta ad sui palatii regiam properavit.

caligo, -inis: Dunkelheit

temperare: mäßigen

solari: trösten

anhelare: (hier:) sich sehen nach

labi: fallen, hinsinken

irroratus 3: (mit Tau) benetzt

conari: versuchen

anxietas, -atis f.: Angst

Der Autor tadelt Troilus für sein Vertrauen in Briseida. Alle Frauen seien wankelmütig; sie weinen mit dem einen Auge, während sie mit dem anderen lächeln, und ändern stets ihre Gunst.

Sed, O Troile, quae te tam iuvenilis coegit errare credulitas, ut Briseidae lacrimis crederes et eius blanditiis deceptivis? Sane omnibus mulieribus est insitum a natura, ut in eis non sit aliqua firma constantia. Quarum si unus oculus lacrimatur, ridet alius ex transverso; quarum mutabilitas et varietas eas ad illudendos viros semper adducit. [...]

credulitas, -atis:

Leichtgläubigkeit

deceptivae blanditiae:

trügerische Schmeicheleien

sane (Adv.): gewiss, doch

insitus 3: angeboren, eingewurzelt

ex transverso: unvermutet

Et si forte nullus sollicitator earum appareat, ipsum ipsae, dum incedunt, vel dum vagantur saepius in fenestris, vel dum resident in plateis, furtivis aspectibus clandestine sibi

sollicitator, -oris: Verführer

platea, -ae: Platz

quaerunt. Nulla spes ergo est revera tam fallax quam ea quae in mulieribus residet et procedit ab eis. Unde fatuus ille iuvenis merito censeri potest et multo fortius aetate provectus, qui in mulierum blanditiis fidem gerit et earum demonstrationibus sic fallacibus se committit.

furtivis aspectibus clandestinis: mit verstohlenen heimlichen Blicken
fallax, -acis: betrügerisch
fatuus 3: dumm, töricht
censere: einschätzen, halten (für)
multo fortius: umso mehr
aetate provectus: älter

Aufgabe

Liste auf, was der Autor den Frauen vorwirft!

Troilus begleitet Briseida, bis sie auf ihre griechische Eskorte trifft. Diomedes, der zu letzterer gehört, verliebt sich auf den ersten Blick in sie. Während er neben ihr reitet, gesteht er ihr seine Liebe. Zuerst weist sie ihn ab, doch unter seinem Drängen antwortet sie, dass sie sein Werben vorerst weder annehme noch ablehne. Er stiehlt ihr zum Abschied einen ihrer Handschuhe.

Briseida igitur de mandato regis Priami in magno apparatu se accingit ad iter; quam Troilus et multi alii nobiles de Troianis per magnum viae spatium commearunt. Sed Graecis advenientibus ad recipiendum eandem, Troilus et Troiani redeunt et Graeci eam recipiunt in suo commeatu. Inter quos dum esset Diomedes et illam Diomedes inspiceret, in flammam statim venerii ardoris exarsit et eam vehementi desiderio concupivit. Qui cum collateralis associando Briseidam cum ea insimul equitaret, sui ardoris flammam continere non valens Briseidae revelat sui aestuantis cordis amorem, quam in multis affectuosis sermonibus et blanditiis necnon promissionibus revera magnificis allicere satis humiliter est conatus. Sed Briseida in ipsis primis motibus, ut mulierum est moris, suum praestare recusavit assensum, nec tamen passa est, quin post multa Diomedis verba ipsum nolens a spe sua deicere, et ei verbis humilibus dixit: "Amoris tui oblationes ad praesens nec repudio nec admitto, cum cor meum non sit ita dispositum quod tibi possim aliter respondere." Ad cuius verba Diomedes satis factus est hilaris, cum ex eis praesenserit de spe gerenda in ea se non esse

de mandato: auf Befehl
in magno apparatu: mit großem Prunk
se accingere: sich gürten, sich bereitmachen
commearunt (Perf. 3. P. Pl.): (hier:) geleiten
commeatus, -us: Geleit

venerius 3: sinnlich, unzüchtig
exardescere, -arsi: entbrennen

collateralis associando: als Begleiter
insimul: simul

aestuarere: lodern, glühen
affectuosus 3: zärtlich

allicere: anlocken, gewinnen
humiliter (Adv.): demütig
conari: versuchen
assensus, -us: Zustimmung

klassisch: quin ... ipsum, cum nollet, a spe sua deiceret

repudiare: zurückweisen

hilaris, -e: heiter
de spe etc.: spe (Briseidae) non esse privatum

privatum in totum. Quare associavit eam usque quo Briseida recipere se debebat, et ea perveniente ibidem, ipse eam ab equo descendente promptus adiuvit et unam de cyrotecis^a, quam Briseida gerebat in manu, ab ea nullo percipiente furtive subtraxit. Sed cum ipsa sola persenserit, placitum furtum dissimulavit amanti. Tunc antistes Calcas in filiae occursum advenit, et eam in vultu et animo satis hilari in tentorium suum recepit. Et Diomedes amore Briseidae licet nimium fluctuaret, tamen amor et spes eum in multo labore sui cordis impugnant.

associare (hier:) begleiten
usque quo: bis
se recipere: sich zurückziehen

cyroteca, -ae: Handschuh

percipere: bemerken

furtum, -i: Diebstahl
dissimulare: verheimlichen
antistes, -itis: Oberpriester

tentorium, -ii: Zelt
licet + Konj.: wenn auch
fluctuare: wogen, wallen
labor, -oris: Not, Qual
impugnare: angreifen, zusetzen

- a) **cyroteca** (mittellateinisch, auch chiroteca, chirotheca oder cyrotheca geschrieben) bedeutet Handschuh. Wikipedia: „Chirotheken finden sich schon im Altertum bei den westasiatischen Völkern, mitunter aus kostbarem Pelzwerk angefertigt, wie bei den Persern, Griechen und Römern (dort digitalia genannt). Im Mittelalter waren Chirotheken bei den meisten Kulturvölkern in Gebrauch.“

Aufgabe

Der Autor trägt an dieser Stelle die Vorstellung höfischen Werbens in die antike Geschichte hinein. Beschreibe (mit lateinischen Textzitataten) die einzelnen Schritte der Annäherung des Diomedes sowie die Begriffe, die seine Stimmung zum Ausdruck bringen, und beschreibe andererseits die Reaktion der Frau!

Briseida wirft ihrem Vater vor, sein Heimatland verlassen zu haben. Die Griechen würden einem Verräter niemals trauen. Nicht Apollo, sondern die Furien der Unterwelt hätten ihm befohlen, sich den Griechen anzuschließen. Calcas antwortet, dass er durch die unfehlbaren Versprechen der Götter wisse, dass Troja bald zerstört werde. Es sei für sie beide besser, hier zu sein, als durch das Schwert umzukommen. Die griechischen Anführer erweisen Briseida ihre Reverenz.

In adventu igitur Briseidae Graecis placuit universis ipsius Briseidae tam formosus aspectus, cum ad eius tam placidam visionem omnes maiores Graecorum exercitus accessissent, quaerentes ab ea de Troiana civitate rumores et eius civium continentia necnon et regis eorum, quod Briseida verborum in multa facundia pandit eis. Quare omnes maiores ipsam in filiali affectione recipiunt, promittentes ei eam habere caram ut filiam et ipsam in omnibus honorare. Et eis ab ea recedentibus multis donis et muneribus replent illam.

ad eius ... visionem: ad eam videndam

rumor, -oris (hier:) Nachrichten

facundia, -ae: Redewandtheit
pandere: ausbreiten, dartun

Noch bevor dieser Tag vergangen ist, beginnt Briseidas Liebe zu Troilus abzukühlen.

Nondum dies illa ad horas declinaverat vespertinas, cum
iam Briseida suas recentes mutaverat voluntates et vetera
proposita sui cordis, et iam magis sibi succedit ad votum
esse cum Graecis, quam fuisse hactenus cum Troianis. Iam
nobilis Troili amor cepit in sua mente tempescere, et tam
brevis hora, sic repente, sic subito facta volubilis ceperat in
omnibus variare

magis sibi succedit ad votum:

(„es rückt mehr zu ihrem Wunsch vor“ =) es behagt ihr mehr

hactenus (Adv.): bisher

te(m)pscere: lau werden, erkalten

volubilis, -e: unbeständig
variare: (sich) verändern

Im Anschluss daran äußert sich der Autor (wieder und sehr heftig) über die Wankelmütigkeit der Frauen.

Wie geht die Geschichte weiter?

Briseida gibt Diomedes schließlich nach. Ein symbolischer Höhepunkt ist es, als sie Diomedes ein Schmuckstück schenkt, das sie zuvor von Troilus als Pfand der Liebe erhalten hatte. Als Diomedes im Kampf gegen Troilus dessen Pferd erbeutet und es Briseida schickt, akzeptiert sie das Geschenk endgültig als Zeichen ihrer neuen Bindung. Troilus erfährt von ihrer Untreue, als er Diomedes auf dem Schlachtfeld sieht, der das besagte Liebespfand trägt. Troilus stürzt sich in den Kampf, getrieben von dem Wunsch, Diomedes zu töten. Schließlich wird er – durch Briseidas Verrat gebrochen - von Achilleus getötet

In späteren Versionen des Stoffes (z. B. bei Giovanni Boccaccio und Geoffrey Chaucer) wird Briseidas Schicksal weiter ausgesponnen: Sie wird oft als einsame Figur zurückgelassen, Diomedes verliert das Interesse an ihr. In der moralisierenden Literatur des späten Mittelalters (z. B. bei Robert Henryson) wird sie sogar mit Aussatz (Lepra) gestraft und stirbt als Bettlerin – eine drastische Warnung vor Untreue.

„Troilus und Cressida“ (Cressida = Briseida) von William Shakespeare (um 1602) schließlich verbindet die unglückliche Liebesgeschichte des Trojanerprinzen Troilus und der Cressida mit einer zynischen Darstellung des Krieges. Cressida wird untreu, während trojanische und griechische Helden als zutiefst egoistisch entlarvt werden. Deshalb wird das Werk oft als Antikriegsstück interpretiert, das die Sinnlosigkeit und moralische Korruption des Krieges sowie das Scheitern von Idealismus darstellt.

Dolonie

Ilias Latina, v. 697-740; vgl. Ilias 10

Zur Ilias Latina vgl. die Einleitung zum Chryses-Text!

Zum Inhalt: In den letzten Tagen des Kampfes um Troja schlich sich Dolon als Kundschafter der Trojaner mit Wolfsfell und Iltiskappe bekleidet ins Lager der Griechen, wurde jedoch von auf dem Weg dorthin von Odysseus und Diomedes festgenommen, verhört und getötet. Seine Antworten brachten schließlich auch dem Thraker-König Rhesos den Tod von der Hand des Diomedes. Der 10. Gesang der Ilias, in dem diese Ereignisse geschildert werden, heißt deshalb „Dolonie“.

	Restabatque super tacitae pars tertia noctis,	
	cum Danaum ^a iussu castris Aetolius heros ^b	
	egreditur sociumque sibi delegit Ulixem,	
700	qui secum tacitae sublustri noctis in umbra	sublustris , -e: düster
	scrutetur studio, quae sit fiducia Troum ^c	scrutari : nachforschen fiducia , -ae f.: Mut
	quidve agitent quantasve parent in proelia vires.	ve ... ve = vel ... vel
	Dumque iter horrendum loca pernoctata paventes	pernoctatus 3: nächtlich pavere : Angst haben (vor)
	Carpebant, venit ecce Dolon, quem Troia pubes	pubes , -is f.: Volk
705	miserat, ut Danaum ^a sollerti pectore vires	sollers , -rtis: klug
	perspiceret sensusque ducum plebisque referret.	
	Quem procul ut vidit socius Diomedis ^d Ulixes,	
	abdiderunt occultantes sua corpora furtim	furtim (Adv.): heimlich frutex , -icis m.: Gebüsch percussus 3: getrieben
	post densos frutices, dum spe percussus inani	
710	Tros Eumediades ^e cursu praecederet illos,	praecedere : vorbeilaufen
	ne facile oppressus gressum in sua castra referret.	oppressus 3: überwältigt gressus , -us m.: Schritt
	Post ubi transierat fidens animoque manuque,	fidere : vertrauen (auf)
	prosiluere viri iuvenemque evadere cursu	prosilire (-silui): hervorspringen
	conantem capiunt ferroque manuque minantur.	

- 715 Ille timore pavens «vitam concedite!» dixit:
«Hoc unum satis est; quodsi perstatis in ira,
quanta ex morte mea capietis praemia laudis?
At si cur veniam tacitis exquiritis umbris:
Maxima Troia mihi currum promisit Achillis,
- 720 si vestras cepisset opes. Haec dona secutus
in dubios casus, coram quod cernitis ipsi,
infelix cecidi. Nunc vos per numina divum,
per mare, per Ditis^f fluctus obtestor opaci,
ne rapere hanc animam crudeli caede velitis.
- 725 Haec pro concessa referetis dona salute:
Consilium Priami regis remque ordine gentis
expediam Phrygiae^g. Postquam quid Troia pararet
cognovere viri, fauces mucrone recluso
detrudunt iuveni: Post haec tentoria Rhesi^h
- 730 intrant atque ipsum somno vinoque sepultum
obtruncant spolianteque armis fusosque per herbam
exanimant socios; tum tristi caede peracta
praeda umeros onerant, multo et candore nitentes
Thracasⁱ equos rapiunt, quos nec praecederet Eurys^j
- 735 nec posset volucris cursu superare sagitta.
Inde iterum Argolicas^k primae sub tempore lucis
ad classes redeunt; quos Nestoris^l accipit aetas
ac recipit portis. Postquam sua castra tenebant,
- quanta** zu praemia
ordne: at si exquiritis, cur tacitis umbris veniam
- coram** (*adv.*): persönlich
cernere: sehen
- per** + *Akk.*: bei
divi, -(or)um m.: Götter
obtestari: anrufen
opacus 3: schattig
- referre (hier:) erhalten
- ordine**: der Reihe nach
expedire: darlegen
- cognovere** = cognoverunt
fauces, -ium f.: Kehle
mucro, -onis m.: Schwert
recludere: zücken
detrudere: hineinstoßen
tentorium, -i n.: Zelt
- obtruncare**: abschlachten
spoliare: berauben
fusus 3: hingestreckt (<fundere)
tristis, -e: abstoßend
- candor**, -oris m.: Glanz
nitere: strahlen
- volucris**, -e: fliegend
- portis**: beim Tor

facta duci referunt: Laudat Pelopeius^m heros,

duci = Agamemnoni

740 fessaque iucundae tradunt sua membra quieti.

- a. **Danai** = Graeci (Danaum = Danaorum)
- b. **Aetolius heros** = Diomedes
- c. **Troum** = Troianorum
- d. **Diomedes, -is**: Diomedes (griechischer Heerführer vor Troja)
- e. **Tros Eumedidiades** (*der Trojaner, der Sohn des Eumedes*) = Dolon
- f. **Dis, Ditis**: Pluto / Hades
- g. **Phrygia** wird in der Dichtung oft als Synonym für Troja verwendet
- h. **Rhesus, -i**: Rhesus (*Thrakerkönig auf Seite Trojas*)
- i. **Thrax** (*Akk.pl.: -as*): thrakisch
- j. **Eurus, -i**: Eurus (*SO-Wind*)
- k. **Argolicus** 3: griechisch
- l. **Nestoris aetas**: Nestor (*griech. Held vor Troja*) der Greis
- m. **Pelopeius heros**: („Held aus dem Geschlecht des Pelops“ =) Agamemnon

Aufgabe:

Finde im Bild 3 Übereinstimmungen und 1 Unterschied im Vergleich zum Text.



Detail eines Italischen Calyx (5/4 Jh. v. Chr.), London, British Museum

Zweikampf zwischen Achill und Hektor

Ilias Latina, v. 913-1003; vgl. Ilias 22

Zur Ilias Latina vgl. die Einleitung zum Chryses-Text!

Der Zweikampf zwischen Hektor und Achill endet mit Hektors Tod und der Schändung seines Leichnams.

	Unus, tota salus in quo Troiana manebat,	
	Hector adest, quem non durae timor undique mortis,	
	non patriae tenuere preces, quin obuius iret	patrius 3: der Eltern quin + Konj.: dass
	et contra magnum contendere vellet Achillem.	
935	Quem procul ut vidit tectum caelestibus armis,	tectus 3: geschützt
	pertimuit clausisque fugit sua moenia circum	circum zu sua moenia
	infelix portis, sequitur Nereius heros ^a :	
	in somnis veluti, cum pectora terruit ira,	veluti: wie
	hic cursu super insequitur, fugere ille videtur,	
940	festinantque ambo, gressum labor ipse moratur,	gressus , -us m.: Schritt morari: hemmen
	alternis poterant insistere coepta periclis,	alternus 3: beiderseitig insistere: betreiben
	nec requies aderat, timor undique concitat iras.	coeptum , -i n.: Beginnen concitare: steigern
	Spectant de muris miseri sua fata parentes	
	pallentemque vident supremo tempore natum,	supremus 3: letzter
945	quem iam summa dies suprema luce premebat.	
	Huic subito ante oculos similis Tritonia ^b fratri ^c	
	occurrens iuvenem simulato decipit ore;	simulatus 3: vorgetäuscht
	nam cum Deiphobi ^c tutum se credidit armis,	
	transtulit ad Danaos ^d iterum sua numina Pallas ^e .	numen , -inis n.: göttl. Hilfe
950	Concurrunt iactis inter se comminus hastis	comminus (Adv.): im Nahkampf

	invicti iuvenes: hic vastis intonat armis,	intonare: dröhnen
	ille hostem validum nequiquam umbone repellit	nequiquam (Adv.): vergeblich umbo , -onis m.: Schild
	alternisque ferox mutat congressibus ictus.	mutare: erwidern congressus , -us m.: Angriff
	Sudor agit rivos, ensem terit horridus ensis	rivus , -i m.: Bach terere: abnutzen
955	collatusque haeret pede pes et dextera dextrae.	collatus 3: dicht aneinander (< conferre)
	Hastam iam manibus saevus librabat Achilles	librare: schwingen
958	inque virum magnis emissam viribus egit,	
957	quam praeterlapsam vitavit callidus Hector.	praeterlabi: vorbeigleiten callidus 3: schlau, geübt
	Exclamant Danaï ^d . Contra Priameius heros ^f	
960	vibratum iaculum Vulcania ^g torquet in arma.	vibrare: wirbeln iaculum: Wurfspieß torquere: schleudern inflectere: biegen
	Nec successus adest: nam duro inflectitur auro	
	dissiluitque mucro. Gemuerunt agmina Troum ^h .	dissilire: zerspringen mucro , -onis m.: Spitze gemere: stöhnen
	Concurrunt iterum collatis fortiter armis	
	inque vicem duros evitant comminus enses.	in vicem (adv.): gegenseitig
965	Nec sufferre valet ultra sortemque supremam	sufferre: standhalten
	stantemque Aeaciden ^h defectis viribus Hector.	stare = instare: angreifen
	Dumque retro cedit fraternaue rebus in artis	artus 3: bedrängt
	respicit auxilia et nullam videt esse salutem,	
	sensit adesse dolos. Quid agat? quae numina supplex	
970	invocet? et toto languescunt corpore vires	languescere: erschlaffen
	auxiliumque negant; retinet vix dextera ferrum,	
	nox oculos inimica tegit nec subvenit ullum	subvenire: beistehen
	defesso auxilium; pugnat moriturus et alto	
	corde premit gemitus. Instat Nereius heros ^a	gemitus , -us m.: Seufzen

975	<p>turbatumque premit procul undique; tunc iacit hastam</p> <p>et medias rigida transfixit cuspide fauces.</p> <p>Exsultant Danaï^d, Troes^h sua vulnera deflent.</p> <p>Tunc sic amissis infelix viribus Hector:</p> <p>„En concede meos miseris genitoribus artus,</p>	<p>turbare: verwirren</p> <p>rigidus 3: starr cuspes, -idis f.: Spitze fauces, -ium f.: Kehle exsultare: triumphieren</p> <p>en: los!</p>
980	<p>quos pater infelix multo mercabitur auro:</p> <p>dona feres victor. Priami nunc filius orat,</p> <p>te Priamus, dux ille ducum, quem Graecia solum</p> <p>pertimuit: si, nec precibus nec munere victus,</p> <p>nec lacrimis miseri nec clara gente moveris,</p>	<p>mercari: kaufen</p> <p>gens, gentis f.: Abstammung</p> <p>afflictus 3: geschlagen misereri + <i>Gen.</i>: sich erbarmen</p>
985	<p>afflicti miserere patris: moveat tua Peleus^j</p> <p>pectora pro Priamo, pro nostro corpore Pyrrhus^k“.</p> <p>Talia Priamides^f. Quem contra durus Achilles:</p> <p>„Quid mea supplicibus temptas inflectere dictis</p> <p>pectora, quem possem direptum more ferarum,</p>	<p>supplex, -icis: flehend</p> <p>diripere (PPP -reptum): zerreißen</p>
990	<p>si sineret natura, meis absumere malis?</p> <p>Te vero tristesque ferae cunctaeque volucres</p> <p>diripient, avidosque canes tua viscera pascent.</p> <p>Haec ex te capient Patrocli gaudia manes,</p> <p>si sapiunt umbrae». Dum talia magnus Achilles</p>	<p>malae, -arum f.: Zähne</p> <p>fera, -ae: wildes Tier volucris, -is f.: Vogel viscera, -um n.: Eingeweide pascere: nähren</p> <p>manes, -ium f.: Seele (eines Toten) sapere: Empfindung haben</p>
995	<p>ore truci iactat, vitam miserabilis Hector</p> <p>reddidit. Hunc animi nondum satiatus Achilles</p> <p>deligat ad currum pedibusque exsanguia membra</p> <p>ter circum muros victor trahit; altius ipsos</p>	<p>trux, -cis: wild iactare: ausstoßen</p> <p>reddere: aufgeben satiatus 3 animi: in seinem Zorn befriedigt deligare: anbinden</p> <p>ter: dreimal altius: höher, stolzer</p>

	fert domini successus equos. Tum maximus heros	successus , -us m.: Erfolg
1000	detulit ad Danaos ^d foedatum pulvere corpus.	foedare : besudeln
	Laetantur Danaï ^d , plangunt sua vulnera Troes ^h	plangere : beklagen;
	et pariter captos deflent cum funere muros.	
	a. Nereius heros = Achilles (über Thetis Enkel des Nereus)	
	b. Tritonia : Athene (Beiname nach dem Tritonsee, ihrem Geburtsort)	
	c. frater = Deiphobus (Sohn des Priamus und der Hekuba, Gemahl der Helena nach dem Tode des Paris)	
	d. Danaï = Graeci	
	e. Pallas : poet. Beiname der Athene	
	f. Priameius heros / Priamides = Hektor	
	g. Vulcanius 3: des Vulcanus/Hephaistos (die Waffen Achills wurden von Hephaistos geschmiedet)	
	h. Tros , Trois: Trojaner (Tros war ein phrygischer König, nach dem Troja benannt wurde)	
	i. Aeacides (Akk. -en) = Achilles (als Nachkomme des Aiacus)	
	j. Peleus : Peleus (Vater des Achill)	
	k. Pyrrhus = Neoptolemos (Sohn des Achill)	

Aufgabe:

Informiere dich über die Darstellung von Hektors Tod in der Ilias und zeige, wie sich die beiden Versionen am Schluss unterscheiden!

Die Memnon-Geschichte nach Quintus Smyrnaeus

Quinti Smyrnaei Posthomeri corum libri XIV

Quintus Smyrnaeus (3. Jh.) verfasste ein erhaltenes Epos, das die Ereignisse nach Hektors Tod behandelt (Τὰ μετ' Ὀμηρον, oft zitiert als Posthomerica). Dort findet sich auch die Memnon-Geschichte.

Memnon war der Sohn von Eos (Göttin der Morgenröte, lat. Aurora) und des Tithonos (Bruder von Trojas zweitem König Laomedon), somit ein Neffe des Priamos. Er war König der Äthiopier und kam den Trojanern kurz nach Hektors Tod im 10. Jahr des Krieges mit einer großen Flotte zu Hilfe. Memnon wird in Troja als Retter empfangen, und tatsächlich ist er anfangs auf Zeus' Weisung sehr erfolgreich, schließlich aber neigt Eris (oder die Schicksalsgöttin) die Waage und er wird von Achill getötet.

Es folgen zwei Texte: Zuerst eine Zusammenfassung (argumentum) der Geschichte in Prosa aus dem 19. Jh.⁶, dann dieselbe Geschichte in Hexametern aus der Renaissance.

Der Text aus dem 19. Jh. voll von Eigennamen (in der Reihenfolge des Erscheinens):

Penthesilea (Königin der Amazonen), **Thymoetes** (einer der Ältesten Trojas), **Memnon** (Sohn der Eos, König der Äthiopier), **Aethiopes** (Äthiopier), **Polydamas** (Held und Seher der Trojaner), **Antilochus** (der älteste Sohn Nestors), **Nestor** (Herrscher von Pylos), **Achivi** (Griechen), **Aesepus** (Fluss am Fuße des Ida-Gebirges), **Paphlagonius amnis** (= Parthenius, der wichtigste Fluss Paphlagoniens), **Aurora** (= Eos, Morgenröte), **Horae** (Horen, Göttinnen der Jahreszeiten), **Pleiades** (die 7 Töchter des Atlas, Sternbild), **Memnonides** < Memnon.

⁶ Aus: Albert Zimmermann (Hg.), Quinti Smyrnaei Posthomeri corum libri XIV., Leipzig: Teubner 1891

Troianis post mortem Penthesileae metu et maerore
 percussis Thymoetes auctor est, ut urbem deserant. Priamus
 Memnonis et Aethiopum auxilia expectare iubet, Polydamas
 Helenam cum opibus et muneribus tradere suadet, obnitente
 Paride. advenit Memnon cum Aethiopum exercitu et a
 Priamo laute excipitur. Postero die pugna commissa multi
 utrimque cadunt; Memnon inter alios Antilochum caedit,
 Nestoris filium. de cuius corpore gravis pugna oritur. Nestor
 cum suis cedere cogitur ab ipso Memnone monitus, ne cum
 fortiore congrediatur. Fugientibus Achivis Achilles adest a
 Nestore vocatus proeliumque restituit. Congressus ille cum
 Memnone hunc diu ancipiti certamine caedit et Troianos in
 fugam vertit. Memnonis corpus venti auferunt comitantibus
 Aethiopibus ad Aesepum fluvium; e sanguinis guttis
 confluentibus fit amnis Paphlagonius. Sub noctem ad
 lugendum Memnonem caelo descendit Aurora cum Horis et
 Pleiadibus, in caelum redire renuens. Troianis in urbem
 compulsis Achivi in campo noctem agunt. sepelitur Memnon
 ab Aethiopibus, qui ab Aurora in aves Memnonides
 mutantur. Ipsa lovis minis territa caelum repetit diemque
 terris reducit.

maeror, -oris: Trauer
percussus 3 (von percellere):
 geschlagen

obniti: Widerstand leisten

laute (Adv.): herzlich
utrimque (Adv.): auf beiden
 Seiten

anceps, -itis: unentschieden

gutta, -ae: Tropfen

lugere: trauern

renuere: ablehnen

sepelire: bestatten

ipsa: Aurora
minae, -arum: Drohung(en)

Lorenz Rhodoman, Ilias Parva (1604)

Zusammenfassung der Memnon-Geschichte in Versform von **Lorenz Rhodoman** (1546–1606) aus seiner **Ilias Parva** von 1604⁷. Parallel dazu hat Rhodoman auch jeweils eine altgriechische Nachdichtung verfasst! Zu den Namen s. die Einleitung oben!

- 1 Ut sic oppetiit ductrix Mavortia, Teucri
- 2 afflicti luctu consternatique pavore
- 3 consilium summis regni de rebus habebant.
- 4 grandaevusque fugam tunc suasit inire Thymoetes,

oppetere: sterben
ductrix Mavortia: Penthesilea
 (Tochter des Ares/Mars)
Teucri = Troiani
luctus, -us: Trauer
consternare: aus der Fassung
 bringen
grandaevus 3: hochbetagt

nil = nihil

⁷ Rhod. *Il. parv. Quint.* 1–14, dort II. (XXVI.)

5 cum nil praesidii, cum nil opis affore cernant.
 6 at diversa sedet misero sententia regi.
 7 censet enim, cum sit fuga turpibus obvia damnis,
 8 ut se contineant intra sua moenia tuti,
 9 Aethiopum donec vaildas in praelia turmas
 10 adducat, sibi quem speret mox affore, Memnon,
 11 at qui consilio Troas praecelluit omnes
 12 Pulydamas Helenam mox reddere suasit Achivis
 13 et dignam raptus multam. sed duriter illum
 14 degenerem vocitans Paris ignavumque refellit.
 15 audiit et contra, mala quod creet ultima Troiae.
 16 spes inter tales magno venit agmine cinctus
 17 Aurora genitrice satus, qui robora fessis
 18 Troianis renovat; magnoque affectus honore
 19 dona capit celebratque dapes cum rege superbas.
 20 et laetas inter mensas, ubi pectora vulgi
 21 luxuriant, iuvenis praeclara modestia luxit.
 22 nocte sed umbrosa sua fatis ora resolvens
 23 Iupiter eventum pugnae praedixit Olympi
 24 gentibus Aurorae natoque aliisque cruentum.
 25 nec mora, Dardanidum gentes et decolor agmen
 26 instruit ad pugnam. contra sed ducit Achilles
 27 Graiugenas, magnoque furit conamine Mavors,
 28 innumerique solo morientes oscula figunt.

cernere: wahrnehmen, sehen
affore: adfuturum esse
sedere: (hier:) feststehen, beschlossen sein

damnum, -i: Verlust, Schaden

praelium: proelium
turma, -ae: Trupp, Schar

praecellere: sich hervortun, auszeichnen

Pulydamas = Polydamas

raptus, -us: Raub
multa, -ae: Bußgeld
duriter (Adv.) = dure
degener 3: entartet, gemein
vocitare (Int. v. vocare): immer wieder nennen
ignavus 3: faul, feig
refellere: zurückweisen
audiit: audivit

Aurora genitrice satus: Sohn der Eos (= Memnon)

robur, -oris n.: Stärke, Kraft

celebrat dapes: feiert ein Mahl

luxuriare: in Ausgelassenheit verfallen

fatis ora resolvere: das Schicksal verkünden

natus: gemeint ist Memnon
cruentus 3: blutig

Dardanidum gentes = Trojaner

decolor: „verfärbt“, dunkel

instruit: Subj. Ist Memnon

Graiugenas = Graeci

conamen, -inis: Versuch, Mühe

Mavors = Mars

solo oscula figere: Met. f. sterben

29	nec gravis Antilocho belli fortuna pepercit.	parcere , peperci: schonen
30	Quem sibi congressum Memnon transfigit et atrum	
31	Nelidae infigit patrio sub corde dolorem.	Nelides , -ae (Sohn des Neleus) = Nestor
32	qui ruit ad pugnam caesi pro corpore nati.	ruere : stürzen, eilen
33	Memnona sed capitis iussit reverentia cani	canus 3: grau
34	invalido abstinuisse sene et convertere vires	
35	in pubem Argivum, passim quam sternit et ipsum	pubes (-is f.) Argivum: die griechischen (kampffähigen) Männer
36	ad mare persequitur; tunc sanguine campus inundat.	passim (Adv.): weit und breit sternere : hinstrecken
37	exitiumque illa Danais hic luce creasset.	inundare (hier itr.): überschwemmt werden, überfließen
38	Pelidem sed enim querimonia Nestoris egit	lux = dies Pelides (-ae) = Achill (Sohn des Peleus)
39	heroem contra: surgit mox aspera pugna,	querimonia , -ae: Klage
40	quam stupere ipsi, qui caelica tecta frequentant,	stupere : verblüfft, erstaunt sein (stupere = stupuerunt)
41	huc illuc versis animis. Hic saucius ictu	caelicus < caelum frequentare : (häufig) besuchen
42	Memnonis Aeacides largum videt ire cruorem.	huc illuc versis animis : d.h. die einen Götter wünschen Memnon den Sieg, andere Achill
43	Aethiopum sed Parca ducem tristissima tandem	ictus , -us: Schlag, Stoß Aeacides , -ae: Achill (Enkel des Aeacus)
44	invasit: ruit is gladio transfixus Achillis,	Parca , -ae: Schicksalsgöttin invadere : angreifen, sich bemächtigen
45	Mox fuga dispersit Phrygios ductore perempto.	Phrygii = Trojaner
46	haud segnes quos illa dies ostendit in armis.	perimere , -emi, -emptus: wegnehmen, töten
47	Memnona sed longe vexere per aëra venti	segnis , -e: träge, langsam
48	sublatum guttasque e vulnere forte cadentes	vehere : tragen (vexere = vexerunt)
49	in fluvium vertere Dei, cui lympa rubescit,	
50	annua Memnonii si funeris hora recurrit.	vertere = verterunt lympa ~ aqua
51	At ducis Aethiopes vestigia moesta secuti	rubescere : rot werden recurere : wiederkehren
52	struxerunt tumulum, quos, dum plangore tenentur	moestus = maestus 3: traurig struere ~ construere

- 53 luctifico, in volucres coniux Tithonia vertit,
 54 quae quoque nunc (perhibent) ad bustum praelia
 55 miscent.
 56 Hinc dolor incessit Teucros, incessit et ipsos
 57 caelicolas; adeo curis indulsit et Eos,
 58 ut divis hominum et generi lucem aegra negaret.
 59 Horrificas etiam Ditis migrasset ad umbras
 60 et nox aeterna premeret caligine mundum.
 61 ni pater horrisono monuisset murmure caeli
 62 alternas servare vices et reddere lucem.

plangor, -oris: (lautes) Klagen
luctificus 3: voll der Trauer
volucris, -is f.: Vogel
Tithonia = Eos (Gattin des Thitonos)
perhibent: der Sage nach
bustum, -i: Grab
proelia miscere: Kämpfe austragen

caelicola, -ae: Himmelsbewohner
indulgere, -dulse: sich hingeben

divis = diis; ordne: diis et generi hominum

Dis, Ditis = Hades
migrasset = migravisset
caligo, -inis: Finsternis

ni = nisi

horrisonus 3: schrecklich tönend

alternae vices: der regelmäßige Wechsel (von Tag und Nacht)

Aufgaben

a) Zum Inhalt:

- Der Schluss von Text 2 berichtet von 2 Metamorphosen. Beschreib diese!
- Inwiefern scheint die erste Metamorphose eine Ätiologie zu sein?
- Wie reagiert Aurora, Memnons Mutter, auf den Tod ihres Sohnes? Kennst du einen anderen Mythos, bei dem die Trauer der Mutter kosmische Wirkung entfaltet?

b) Benenne die Stilfiguren:

haud segnes	
diversa sedet <i>misero</i> sententia <i>regi</i>	
solo ... oscula figunt	

Die Waffen des Achill – der Wahnsinn des Ajax

Quinti Smyrnaei Posthomerorum libri XIV

*Nach den Totenfeiern für Achill und Glaukos werden von Thetis die Waffen Achills als Preis für den tapfersten Griechen ausgesetzt, der auch den Leichnam Achills vor den Trojanern gerettet hatte (das sog. *Armorum iudicium*).*

Prosa-Zusammenfassung von Zimmermann zum Abschnitt E (V)⁸ (am Schluss leicht gek.).

Eigennamen im folgenden Text: **Achilles**, **Thetis** (Mutter des Achill), **Achivi** (= Griechen), **Ulixes**, **Aiax Telamonius** (= „Ajax der Große“), **Idomeneus** (König von Kreta), **Nestor**, **Agamemnon**, **Nereides** (Nymphen des Meeres), **Minerva**

Finitis ludis arma Achillis a Thetide proponuntur

praemium futura ei, qui Achillis corpus servaverit et

fortissimus sit Achivorum. Intexta hic est satis proluxa

armorum, clipei imprimis, descriptio. Surgunt

competitores Ulixes et Aiax Telamonius, uterque ad

Idomenei Nestoris Agamemnonis iudicium provocans. Hi

Nestoris consilio iudicii invidiam declinantes captivos

Troianos iudices constituunt. In quorum consessu primus

Aiax se solum armis dignum esse contendit, cui

respondet Ulixes, iterum obloquitur Aiax et Ulixes.

Troiani arma tribuunt Ulixi. Quo facto Aiax attonitus et

mente conturbatus a sociis ad naves reducit, sub

noctem Thetis discedit cum Nereidibus; Aiax autem ira et

dolore in Ulixem et Achivos saeviens a Minerva, quae

Ulixi periculum timet, in furorem agitur et die orto in

oves, quas pro Achivis habet, irruit Ulixem a se

interfectum esse opinatus. mox mente recepta errorem

agnoscens vitae pertaesus violentas sibi manus infert.

verbinde: **arma ... futura** (esse)

intexere: hineinweben, einprägen
prolixus 3: weit, ausführlich

competitur, -oris: Mitbewerber

provocare: aufrufen, auffordern

declinare: abwenden

obloqui: widersprechen

irruere (in): sich stürzen (auf)

opinari: meinen, glauben

pertaesus 3: überdrüssig

violentas ... infert = se interficit

⁸ Aus: Albert Zimmermann (Hg.), *Quinti Smyrnaei Posthomerorum libri XIV.*, Leipzig: Teubner 1891

Rhod. *Il. parv. Quint. 1–14, dort V. (XXIX.)* – am Schluss leicht gek.

<p>1 Tunc vero nati pulcherrima filia Nerei 2 in medium tulit arma viro portanda, cadaver 3 qui servasset et Argivum fortissimus esset. 4 mirus erat clypeus: cui Mulciber omnia dextra 5 artifice indiderat, quae continet ardua rerum 6 machina: se vario pandebat sidere coelum 7 cumque auris ventisque suis et nubibus aë 8 fusus erat, tranat quem natio picta volucrum. 9 Oceani quoque sparsus erat cum gurgite pontus 10 fluctivagaeque rates. Medio sed terra iacebat; 11 inde ferae montes, pecudes hinc herbida carpunt 12 prata; undis ludunt pisces. hominumque vagantur 13 diversae passim gentes; non omnibus idem 14 est labor: hic pax, hic bellum, venatio, pugnae 15 et strages; posthaec victoria, cui Themis adstat 16 iuraque dat populis. Hic rurisecantis atratri 17 fervet opus falcisque labor, festisque coloni 18 indulgent. celebrant epulas, ducunt hymenaeos. 19 hic arx virtutis, quam non fas scandere pigris. 20 additus et clypeo thorax, gravis additus ensis 21 cumque ocreis galeaque ea trabs, qua concidit 22 Hector.</p>	<p>filia Nerei = Thetis arma viro portanda, qui = die Waffen, die jener Mann forttragen sollte, der servasset = servavisset Argivum = Argivorum clypeus = clipeus: Schild Mulciber = Vulcanus/Hephaistos dextra artifice = mit Meisterhand arduus 3 (hier:) schwierig (zu verstehen), komplex rerum machina ~ mundus coelum = caelum se vario pandebat sidere coelum = der Himmel spannte sich über verschiedene Sterne tranare: durchschwimmen, überfliegen volucris, -is f.: Vogel spargere, sparsi, sparsus (hier:) darstellen pontus, -us = mare cum gurgite Oceani = mit der Tiefe des Ozeans fluctivagae rates ~ die auf den Fluten umherirrenden Schiffe herbidus 3: grasreich passim (Adv.): überall venatio, -onis f.: Jagd strages, -is f.: Vernichtung Themis: Göttin des Rechts rurisecans aratrum = der das Land schneidende Pflug fervere: glühen, eifern falx, -cis f.: Sichel colonus, -i: Bauer indulgere: sich hingeben epulas celebrare: Gastmähler feiern hymenaeus: zu Hymenaios (Hochzeitgott), also: Hochzeit(slieder) arx virtutis ~ Gipfel der Tugend fas (est): es ist erlaubt thorax, -acis m.: Harnisch ocrea, -ae: Beinschiene trabs, -trabis f.: (hier:) Wurfspieß</p>
---	---

23	his super incipiunt litem Telamonius Ajax	lis , -litis f.: Streit
24	Telemachique pater, cedit quis caetera pubes.	Telemachi pater = Odysseus quis = quibus caetera (= cetera) pubes: die übrige Jungmannschaft
25	Nestor at alterius metuens, qui vinceret, iram,	
26	ne gravis incumbat Danais, hortatur ut istam	incumbere : sich auf etw. legen, schwer lasten auf Danai = Graeci Troas = Troianos
27	captivos iubeant Troas decidere litem.	
28	nec frustra monuit, nam tota his concio Graium	concio = contio: Versammlung Graium = Graecorum arbitrium , -i: Entscheidung tumida ira = in aufwallendem Zorn se iactare : sich rühmen
29	tradidit arbitrium. tumida mox fervidus ira	
30	Ajax se longe potiozem iactat Ulysse	
31	sanguine, virtute et rebus cum laude peractis,	
32	iuverit ut Danaos multum et servarit Achillem,	servarit = servaverit
33	quin Ithacum ipse suis timidum protexerit armis,	Ithacus = Odysseus
34	qui nihil in bellis valeat, sed fraudis abunde	fraus , fraudis f.: Betrug, List abunde (Adv.): reichlich, im Überfluss
35	verborumque habeat melioresque opprimat arte.	
36	Hic se consiliis multum verbisque disertis	hic = Odysseus Aeacides = Ajax
37	Aeacida praestare nec armis esse minorem,	
38	imo ait eloquio sese monitisque Pelasgis	imo = immo: ja sogar Pelasgi = Graeci
39	plus prodesse, manus quam prosit viribus ille,	
40	quod sibi coniunctum cum robore mentis acumen.	coniunctum <esse> robur , -oris n.: Kraft acumen , -inis n.: Schärfe Pelides = Achill
41	se quoque Pelidae rapuisse ex hoste cadaver.	
42	his Suadam miscens dictis cum grandibus armis	Suada , ae, f., als Person = Πειθώ, die Göttin der Überredung
43	victor abit. frustra sua robora praedicat Ajax:	praedicare : hervorheben, rühmen
44	obrutus hic ira curis indulget habenas,	obrutus 3 (hier:): übermannt habena , -ae: Zügel spernere : verachten
45	namque aegre patitur se mens heroica sperni.	
46	dumque feras Danais caedes molitur, in ipsum	

47	anguicomas armat Furias Tritonia Pallas.	anguicomae Furiae: die schlangenhaarigen Furien (Erinyen)
48	sana viro Stygiis mens laeditur icta flagellis.	Tritonia Pallas = Athene
49	ultricesque inferre manus se ut credit Achivis,	Stygia flagella = stygische Geißeln (= Wahnsinn)
50	demens mactat oves; cum de duce sumere poenas	ultrix, -icis: rächend
51	sese Ithaco putat, ecce ducem gregis ense trucidat.	mactare: hinschlachten
52	Ut furor abscessit, mens et sibi reddita vidit	trucidare: hinschlachten
53	erroris delicta sui, non ducere vitam	
54	ulterius voluit male fidus inter Achivos	male fidus = treulos, verhasst
55	ultricesque vocans Diras sibi praescidit ipsi	Dira, -ae = Furia
56	infelix collum gladio, quem tradidit Hector.	praescidit = praecidit

Aufgaben:

1. Fasse zusammen, was laut Text auf dem Schild des Achill dargestellt war!
Die älteste Version der Schildbeschreibung findest du bei Homer im 18. Buch ab Vers 480 (<https://www.gottwein.de/Grie/hom/il18de.php>). Findest du Übereinstimmungen in diesen beiden Beschreibungen?

2. Streit von Aias und Odysseus:
Lege dar, wie Aias sich selbst und Odysseus definiert – und umgekehrt! Was ist das Kernargument von Odysseus, mit dem er schließlich gewinnt?

Die Sinon-Geschichte aus dem Excidium Troiae

*Sinon wird bei Homer nicht erwähnt. Bei Quintus von Smyrna und Vergil aber ist er jener mutige Grieche, der allein beim hölzernen Pferd zurückbleibt, um die Trojaner dazu zu überreden, es in die Stadt zu ziehen.*⁹

Agamemnon et Menelaus Minervam deprecabantur, ut eis responderet, qualiter Troia adiri possit. Quibus dea respondit, ut deberent dolos praeparare et se apud Tenedos^a insulam occultare, ubi equus ligneus arte Minervae fabricaretur. Minervae oboedientes se ad Tenedos^a insulam cum navibus et exercitu contulerunt, sicut apud Virgilium* legitur.

Cum equus perfectus fuisset, coeperunt cogitare qualiter ipse equus Troiam perduceretur. Unus de genere Palamedis* Sinon nomine dixit: 'Ego faciam, ut equus ad Troiam ducatur.' Cui dixerunt: 'Quo ordine?' Sinon respondit: 'Fusticate et cingite me, per noctem autem in paludibus Troiae me perducite.' Quod et factum est. Luciscente vero die pastores Troiae consuete cum armentis et pecoribus in paludibus exierunt, ubi Sinonem cinctum iacentemque invenerunt. Quem vincitis a tergo manibus cum magno clamore ad Priamum regem perduxerunt. Congregatio Troianorum ante regem facta est. Quem rex praesentibus turbis interrogare coepit: 'Dic nobis, de qua origine es vel quae sit cognatio tua.' Cui Sinon sic respondit: 'De genere Palamedis* regis, quem Graeci interfecerunt; cum pro morte eius vellem aliquid assumere, inter Graecos inimicitias concepi. Sed iuretur mihi, quia eis non tradar, tum singula publicabo.' Quod cum ei iuratum fuisset isto more sacramentum dedit erectis ad sidera palmis: 'Vos aeterni ignes,' ait, 'inviolabile vestrum testor numen, vos arae ensesque nefandi.' Cumque sic sacramentum dedisset, rex accepto sacramento eum de vinculis solvit et tamquam

deprecari: anflehen

fabricari: bauen

perfectus fuisset = p. esset

quo ordine? = auf welche Weise?

fusticare: schlagen

cingere: binden

palus, -udis: Sumpf

luciscente die = bei Tagesanbruch

consuete: wie gewohnt

armenta, -orum: Vieh

vincire: binden

turba, -ae: Schar, Menge

turba, -ae: Schar, Menge

cognatio, -onis:

Verwandtschaft, Sippe

assumere: unternehmen

quia = dass (statt *AcI*)

publicare: preisgeben

iuratum fuisset = *i. esset*

sacramentum dare: einen Eid schwören

palma, -ae: Hand(fläche)

testari: als Zeuge anrufen

nefandus 3: ruchlos

⁹ Quelle: E. Bagby Atwood / Virgil K. Whitaker (Hrsg.): Excidium Troiae (The Mediaeval Academy of America publication 4/4), Cambridge, MASS. 1944, S. 13-16. - Der Texte ist orthographisch normalisiert, gekürzt und gelegentlich der Schulgrammatik angenähert.

proprium sic eum habere coepit. Cui ita dixit: 'Iam noster eris. Obliviscere Graecos.'

proprium: Eigen (Vasall)

Sinon vero sciens se bene a rege fuisse susceptum dolos praeparavit, ut equus Troiam perduceretur; et coepit regi fiducialiter sic loqui: 'Quando huc de provincia nostra ad vos exivimus, sacrificatum est de sanguine virginis, quod sic poposcit Apollo. Et iam nunc pro reditu nostro dum Apollinem deprecati fuisset, sic respondit: "Quando huc cogitastis navigare, sanguine me placastis virginis. Et nunc pro reditu vestro, nisi iterato sanguine humano sacrificaveritis, nullo modo ad propria vestra reditum habere potestis." Cumque talia responsa acciperemus, omnes pavor invasit. Cum sors emissa fuisset, super me cecidit, ut de sanguine meo Apollini offereretur. Et sic fugiens huc ad regnum tuum devolutus sum. Interea fecerunt equum mirae magnitudinis, quem templo Minervae, quod foras muros fecerunt, pro reditu suo volunt offerre. Ergo iube eum a templo Minervae tolli et hunc ipsum equum ad templum Neptuni, quod intra urbem est, mitti. Ita Apollo et Minerva, quod sibi promissa perdi videntur, irascentur, et Graecos, dum navigare coeperint, vi tempestatis in pelago demergant. Haec cum rex a Sinone audiret, coepit eum tamquam proprium diligere et in domo sua habere. Cum dies lucesceret et equus ad templum Minervae visus fuisset, coepit populus pro videndo equo catervatim de civitate exire. Inter quos etiam Laocoon* sacerdos Neptuni* egrediebatur ...

oblivisci: vergessen

fuisse susceptum = esse s.

fiducialiter (Adv.):= voll Zuversicht

fuissemus = essemus
cogitastis = cogitavistis
placastis = placavistis (versöhnen)
iterato (Adv.): abermals

pavor, -oris: Schrecken
sors, -sortis f.: Los

devolvere (pass.): gelangen
foras (Adv): außerhalb

irasci: zornig werden
pelagus, -i: Meer
demergere: versenken

pro + Abl. = ad + Akk.
catervatim: in Scharen

- a) **Tenedos:** Insel außerhalb der Sichtweite Trojas
- b) **Virgilius** = Vergil (Dichter u.a. der Aeneis)
- c) **Palamedis** = Palamedes (einer der klügsten Griechen; er stirbt durch eine List des Odysseus, der sich an ihm rächt, weil er seinen Weg in den Krieg ziehen hatte müssen).

Die Argumentation Sinons bei Vergil (aen 2,162-194 gek.)

omnis spes Danaum et coepti fiducia belli
Palladis auxiliis semper stetit. impius ex quo
Tydides sed enim scelerumque inventor Ulixes,
fatale adgressi sacro avellere templo
Palladium caesis summae custodibus arcis,
corripuere sacram effigiem manibusque cruentis
virgineas ausi divae contingere vittas,
ex illo fluere ac retro sublapsa referri
spes Danaum, fractae vires, aversa deae mens.
[...]

extemplo temptanda fuga canit aequora Calchas,
nec posse Argolicis excindi Pergama telis
omina ni repetant Argis numenque reducant
quod pelago et curvis secum avexere carinis.
[...]

hanc pro Palladio moniti, pro numine laeso
effigiem statuere, nefas quae triste piaret.
hanc tamen immensam Calchas attollere molem
roboribus textis caeloque educere iussit,
ne recipi portis aut duci in moenia posset,
neu populum antiqua sub religione tueri.
nam si vestra manus violasset dona Minervae,
tum magnum exitium - quod di prius omen in ipsum
convertant! - Priami imperio Phrygibusque futurum;
sin manibus vestris vestram ascendisset in urbem,
ultra Asiam magno Pelopea ad moenia bello
venturam, et nostros ea fata manere nepotes."

Jedes Vertrauen auf den Krieg und jegliche Hoffnung der
Griechen
gründete stets auf die Hilfe der Pallas sich. Aber da gottlos
Tydeus' Sohn und Odysseus, des Frevels Erfinder, es
wagten, Pallas' Schicksalsbild aus geheiligtem Tempel zu
reißen,
Da sie die Wächter der obersten Burg hinstreckten,
gewaltsam
fassten das heilige Bild und mit noch blutigen Händen
frevelnd des göttlichen Weibs jungfräulichen Schleier
berührten,
Seitdem schwankt' und sank rückflutend der Danaer
Hoffnung,
brach zusammen die Kraft und ward feindselig die Göttin.
[...]

Kalchas gebietet, sofort sich aufs Meer zur Flucht zu
begeben,
Da nie Pergamons Burg den Argivergeschoßen erlänge,
brächten von Argos sie nicht mit erneuerten Zeichen die
Gottheit Welche zur See sie nun mit gebogenen Kielen
entführen.

[...]
Für das Palladium nun und für die beleidigte Gottheit
Haben das Bildnis hier sie erhöht, dass es sühne den Frevel.
Aber aus Eichengebälk des Baus unermesslichen Umfang
aufzutürmen zum Himmelsgewölb, hat Kalchas geboten,
Dass durch die Tore man nicht in die Stadt es zu bringen
vermöchte
Und dass die Troer es nicht wie das frühere Heiligtum
schütze.
Denn wenn euere Hand das Geschenk Minervas verletzte,
werde das größte Verderben - o dass auf ihn selber die
Götter
kehrten die Deutung! - des Priamos Reich und die Phryger
ereilen.
Doch wenn mit eigener Hand ihr in euere Stadt es
hinaufzögt,
werde sich Asien selbst in gewaltigem Kampfe den Mauern
Pelops' nahn. Dies Schicksal harre dereinst unsrer Enkel."

Übersetzung nach W. Hertzberg bearbeitet von E. Gottwein (<https://www.gottwein.de/Lat/verg/aen02.php>)

Aufgabe:

Vergleiche die Argumentation Sinons im Excidium Troiae und bei Vergil!

Das trojanische Pferd

Vergil Aeneis II, 1-56

1 Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto:
Infandum, regina, iubes renovare dolorem,
Troianas ut opes et lamentabile regnum
eruerint Danaï; quaeque ipse miserrima vidi,
et quorum pars magna fui. Quis talia fando
Myrmidonum¹ Dolopumve² aut duri miles Ulixi
temperet a lacrimis? Et iam nox umida caelo
praecipitat, suadentque cadentia sidera somnos.

10 Sed si tantus amor casus cognoscere nostros
et breviter Troiae supremum audire laborem,
quamquam animus meminisse horret luctuque refugit,
incipiam. Fracti bello fatisque repulsi
ductores Danaum, tot iam labentibus annis,
instar montis equum divina Palladis³ arte
aedificant, sectaque intexunt abiete costas:
votum pro reditu simulant; ea fama vagatur.

Huc delecta virum sortiti corpora furtim
includunt caeco lateri, penitusque cavernas
20 ingentis utrumque armato milite complent.
Est in conspectu Tenedos, notissima fama
insula, dives opum, Priami dum regna manebant,
nunc tantum sinus et statio male fida carinis:
huc se provecti deserto in litore condunt.

conticesco 3: verstummen

inde: darauf
torus, i: Polster

infandum 3: unsagbar, unsäglich
ordior 4: beginnen
lamentabilis, e: beklagenswert

eruo 3: zerstören

durus 3: *hier* hartherzig

tempero 1: sich enthalten
umidus 3: taufeucht

praecipito 1 + Abl.: sich entfernen

amor, oris: *hier* Verlangen
casus, us: *hier* Abenteuer
supremus 3: letzter
labor, oris: *hier* Kampf
luctus, us: Trauer

fata, orum: Schicksalssprüche

labor 3: dahingleiten

instar + Gen.: so groß wie

seco 1, ui, sectus: abschneiden

intexo 3: verkleiden

abies, etis: Tanne

costa, ae: Rippe

votum, i: Weihegeschenk

vagor 1: sich verbreiten

sortior 4: durchs Los entscheiden

furtim: heimlich

caecus 3: *hier* finster, dunkel

latus, eris: *hier* Leib

penitus: gänzlich

caverna, ae: Höhle

uterus, i: Bauch

conspectus, us: *hier* Sichtweite

maneo 2: *hier* dauern, bestehen

tantum: nur

statio, onis: Ankerplatz,
Anlegestelle

carina, ae: Schiff

provehor 3: hinausfahren

condo 3: verbergen

Nos abiisse rati et vento petiisse Mycenas:	vento petere: mit günstigem Wind segeln
ergo omnis longo solvit se Teucra luctu;	se solvere: sich befreien
panduntur portae; iuvat ire et Dorica castra	pando 3: weit öffnen, ausbreiten
desertosque videre locos litusque relictum.	iuvat (unpers.): es macht Freude
Hic Dolopum ² manus, hic saevus tendebat Achilles;	tendo 3: lagern, zelten
30 classibus hic locus; hic acie certare solebant.	
Pars stupet innuptae donum exitiale Minervae,	stupeo 2: anstaunen
et molem mirantur equi; primusque Thymoetes	exitialis, e: unheilvoll
duci intra muros hortatur et arce locari,	moles, is: <i>hier</i> riesiger Bau
sive dolo, seu iam Troiae sic fata ferebant.	fata ferunt: das Schicksal fügt es
At Capys, et quorum melior sententia menti,	sententia, ae: <i>hier</i> Einsicht
aut pelago Danaum insidias suspectaque dona	pelago praecipitare: ins Meer stürzen
praecipitare iubent, subiectisque urere flammis,	insidiae, arum: <i>hier</i> Trugwerk
aut terebrare cavas uteri et temptare latebras.	terebro 1: durchbohren
Scinditur incertum studia in contraria volgus.	tempto 1: <i>hier</i> durchforschen
40 Primus ibi ante omnis, magna comitante caterva,	latebra, ae: Versteck
Laocoon ardens summa decurrit ab arce,	scindo 3, scidi, scisus: spalten
et procul: "O miseri, quae tanta insania, cives?"	incertus 3: <i>hier</i> unschlüssig
<i>Creditis avectos hostis? Aut ulla putatis</i>	studium, i: <i>hier</i> Wunsch
<i>dona carere dolis Danaum? Sic notus Ulixes?</i>	comitor 1: begleiten
<i>aut hoc inclusi ligno occultantur Achivi,</i>	caterva, ae: Haufen, Schar
<i>aut haec in nostros fabricata est machina muros</i>	ardeo 2: <i>hier</i> hitzig erregt sein
<i>inspectura domos venturaque desuper urbi,</i>	insania, ae: Wahnsinn
<i>aut aliquis latet error; equo ne credite, Teucri.</i>	
<i>Quicquid id est, timeo Danaos et dona ferentis."</i>	
50 Sic fatus, validis ingentem viribus hastam	lignum, i: <i>hier</i> Holzbau
	occultor 1: sich verbergen
	fabrico 1: zimmern, bauen
	machina, ae: Belagerungsgerät
	inspicio M: <i>hier</i> blicken auf
	venire desuper + Dat.: über jem. herfallen
	lateo 2: sich verstecken
	error, oris: <i>hier</i> Trug

in latus inque feri curvam compagibus alvum
 contorsit: stetit illa tremens, uteroque recusso
 insonuere cavae gemitumque dedere cavernae.
 Et, si fata deum, si mens non laeva fuisset,
 impulerat ferro Argolicas foedare latebras,
 Troiaque, nunc stares, Priamique arx alta, maneres.

curvus compagibus: gewölbt
alvus, i f.: Bauch
contorqueo 2: heftig drehen,
 stoßen
recutio M: erschüttern
insono 1, ui: ertönen, erdröhnen
laevus 3: 1. Unheilvoll, 2. betört
impello 3: veranlassen
foedo 1: *hier* zerstören

1 **Myrmidones**, um m.: Volksstamm in Thessalien, Gefolgsleute des Achilles

2 **Dolopes**, um m.: Volksstamm in Thessalien, unter der Führung des Neoptolemus, des Sohnes von Achilles

3 **Pallas**, adis f.: Beiname der Athene (Minerva)

Der Tod des Laokoon

Vergil, Aeneis, II, 201-245

201 Laocoon, ductus Neptuno sorte sacerdos,
 sollemnis taurum ingentem mactabat ad aras.
 Ecce autem gemini a Tenedo tranquilla per alta --
 horresco referens -- immensis orbibus angues
 incumbunt pelago, pariterque ad litora tendunt;
 pectora quorum inter fluctus arrecta iubaeque
 sanguineae superant undas; pars cetera pontum
 pone legit, sinuatque immensa volumine terga.
 Fit sonitus spumante salo; iamque arva tenebant,

sorte ducere: durchs Los
 bestimmen

macto 1: schlachten

geminus 3: *hier* zwei

tranquillus 3: ruhig

orbis, is: *hier* Windung

anguis, is m.: Schlange

incumbo 3: sich legen auf

tendo 3: tetendi, tentum: streben

arrigo 3: aufrichten, emporrecken

iuba, ae: Mähne, *hier* Kamm

sanguineus: blutig, *hier* blutrot

supero 1: überragen

pone: hinten

lego 3: *hier* streifen über

sinuo 1: krümmen

volumen, inis: *hier* Windung

teneo 2: *hier* erreicht haben

suffectus 3: *hier* unterlaufen

sibilus 3: zischend

lambo 3: lecken

vibro 1: zittern, zucken

exsanguis, e: blutlos,

schreckensbleich

agmine certo: *hier* zielsicher

210 ardentisque oculos suffecti sanguine et igni,
 sibila lambabant linguis vibrantibus ora.
 Diffugimus visu exsanguis: illi agmine certo
 Laocoonta petunt; et primum parva duorum
 corpora natorum serpens amplexus uterque

amplector 3, amplexus sum:
 umschlingen

<p>implicat, et miseros morsu depascitur artus; post ipsum auxilio subeuntem ac tela ferentem corripiunt, spirisque ligant ingentibus; et iam bis medium amplexi, bis collo squamea circum terga dati, superant capite et cervicibus altis.</p>	<p>implico 1: umstricken, umwinden morsus, us: Biss depascor 3: verzehren, auffressen artus, us: Glied(maße) corripio M: ergreifen spira, ae: Windung ligo 1: binden, <i>hier</i> umschlingen</p> <p>squameus 3: schuppig</p> <p>cervix, icis: Nacken</p>
<p>220 Ille simul manibus tendit divellere nodos, perfusus sanie vittas atroque veneno, clamores simul horrendos ad sidera tollit: quales mugitus, fugit cum saucius aram taurus, et incertam excussit cervice securim.</p> <p>At gemini lapsu delubra ad summa dracones effugiunt saevaeque petunt Tritonidis¹ arcem, sub pedibusque deae clipeique sub orbe teguntur.</p> <p>Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis insinuat pavor, et scelus expendisse merentem</p>	<p>tendo 3, tetendi, tentum: sich bemühen divello 3: zerreißen nodus, i: Knoten perfundo 3: übergießen, überströmen sanies, ei: Eiter, Geifer vitta, ae: Priesterbinde mugitus, us: Gebrüll saucius 3: verletzt excutio M: abschütteln</p> <p>lapsu effugere: gleitend auseinanderfliehen delubrum, i: Heiligtum draco, onis m.: Schlange</p> <p>clipeus, i: Schild orbis, is m. <i>hier</i> Rundung, Wölbung tego 3: <i>pass.</i> sich verbergen tremefactus 3: zitternd insinuo 3: sich einschleichen expendo 3: büßen, abwägen cuspes, idis: Speiß robur, oris: Holzbau</p>
<p>230 Laocoonta ferunt, sacrum qui cuspide robur laeserit, et tergo sceleratam intorserit hastam. Ducendum ad sedes simulacrum orandaque divae numina conclamant².</p> <p>Dividimus muros et moenia pandimus urbis. Accingunt omnes operi, pedibusque rotarum subiciunt lapsus, et stuppea vincula collo intendunt: scandit fatalis machina muros, feta armis. Pueri circum innuptaeque puellae</p>	<p>intorqueo 2 + Dat.: schleudern gegen</p> <p>numen, inis: <i>hier</i> große Macht</p> <p>pando 3, pandi, passum: öffnen</p> <p>operi accingere: sich ans Werk machen lapsus rotarum: rollende Räder stuppeus 3: aus Hanf intendo 3: <i>hier</i> anlegen scando 3, scandi, scansum: besteigen fatalis, e: verhängnisvoll fetus 3: angefüllt mit innuptus 3: unverheiratet</p>

	sacra canunt, funemque manu contingere gaudent.	sacra (carmina): heilige Lieder
240	Illa subit, mediaeque minans inlabitur urbi.	funis , is: Tau, Strick
	O patria, o divom domus Ilium, et incluta bello	contingo 3, -tigi, -tactum: berühren
	moenia Dardanidum, quater ipso in limine portae	subeo , -ire: heranrücken
	substitit, atque utero sonitum quater arma dedere:	minor 1: drohen
	instamus tamen inmemores caecique furore,	inlabor 3: hineingleiten
	et monstrum infelix sacrata sistimus arce.	includus 3: berühmt
		limen , inis: Schwelle
		subsisto 3: stehenbleiben
		insto 1, -stiti, -staturus: nicht ablassen
		furor , oris: Wahn
		sisto 3, stiti, statum: aufstellen

1 **Tritonis**, idis f.: Beiname der Athene (Minerva)

2 Es gibt 58 unvollständige Verse in der Aeneis, Vergil hat die Endredaktion nicht mehr durchgeführt.

Der Traum des Aeneas

Vergil, Aeneis, II, 268-297

Hektor erscheint Aeneas im Traum und ihm deutlich, dass Troja verloren ist. Aeneas soll die heiligen Gegenstände Trojas (sacra) und die Hausgötter (penates) nehmen und für sie eine neue Heimat finden. Das Adjektiv „magna“ deutet bereits auf die künftige Weltmacht Rom hin, während „pererrato ponto“ die bevorstehenden Irrfahrten ankündigt.

268	Tempus erat, quo prima quies mortalibus aegris incipit et dono divum gratissima serpit.	aeger 3: krank, (hier:) leidvoll lebend serpere : (sich ein-)schleichen
270	in somnis, ecce, ante oculos maestissimus Hector visus adesse mihi largosque effundere fletus, raptatus bigis ut quondam, aterque cruento pulvere perque pedes ^a traiectus lora tumentis. ei mihi, qualis erat, quantum mutatus ab illo	maestus 3: traurig effundere fletus: Tränen vergießen raptatus bigis: vom Zweigespann geschleift
275	Hectore, qui redit exuvias indutus Achilli vel Danaum ^b Phrygios ^c iaculatus puppibus ignis! squalentem barbam et concretos sanguine crinis vulneraque illa gerens, quae circum plurima muros accepit patrios. ultro flens ipse videbar	exuvias indutus = bekleidet mit der Beute (den Waffen) Achilli ist Gen. Sg. iaculari : schleudern puppis , -is: Hinterdeck des Schiffes squalere : schmutzstarrend concretus (< concrecere) = verklebt plurima : verbinde mit vulnera ultro (Adv.): aus eigenem Antrieb, unaufgefordert

- 280 *compellare virum et maestas expromere voces:*
'o lux Dardaniae^d, spes o fidissima Teucrum^d,
quae tantae tenuere morae? quibus Hector ab oris
exspectate venis? ut te post multa tuorum
funera, post varios hominumque urbisque labores
- 285 *defessi aspiciamus! quae causa indigna serenos*
foedavit vultus? aut cur haec vulnera cerno?'
ille nihil, nec me quaerentem vana moratur,
sed graviter gemitus imo de pectore ducens,
'heu fuge, nate dea, teque his' ait 'eripe flammis.
- 290 *hostis habet muros; ruit alto a culmine Troia.*
sat patriae Priamoque datum: si Pergama^e dextra
defendi possent, etiam hac defensa fuissent.
sacra suosque tibi commendat Troia penatis;
hos cape fatorum comites, his moenia quaere
- 295 *magna pererrato statuas quae denique ponto.*
sic ait et manibus vittas Vestam^fque potentem
aeternumque adytis effert penetralibus ignem.
- compellare:** ansprechen
expromere: hervorbringen
- tenuere** (= tenuerunt; zurückhalten)
ora, -ae: Gegend
ut: erg. felices (wie froh)
- serenus** 3: heiter
- foedare:** entstellen
- ille:** erg. respondit
morari: sich aufhalten (mit)
gemitus, -us = Seufzen
- ruere:** einstürzen
culmen, -inis n.: Gipfel
datum: erg. est
dextra: erg. manu
- penates**, -(i)um m.: Schutzgötter (Familie, Staat)
his = Dat.pl.
verbinde: **moenia**, **quae**
pontus, -i m.: Meer
vitta, -ae: Priesterbinde
adytum, -i: das Allerheiligste (des Tempels)
penetralis, -e: innerst
- a) **perque pedes traiectus lora tumentis** = „durch die geschwollenen (tumentis = Akk. Pl.) Füße durchbohrt (= Hektor) mit Riemen (Akkusativ der Beziehung/Accusativus Graecus)“ = seine geschwollenen Füße waren mit Riemen durchbohrt
b) **Danai** = Graeci
c) **Phrygii** = Troiani
d) **Dardania**, -ae = Troia; **Teucri** = Troiani (beides sind poetische Bezeichnungen für Troja bzw. die Trojaner. Dardanus war der mythische Stammvater, Teucer der erste König)
e) **Pergama** = Troia
f) **Vesta**, -ae: Vesta war die (römische!) Göttin von Heim und Herd; sie hatte auch einen besonderen Staatskult (vgl. Vestatempel auf dem Forum Romanum).

Aufgabe: Zeige, wie Hektor hier durch Worte und Symbole die künftige Gründung Roms durch Aeneas legitimiert!

Endkampf in der trojanischen Burg

Vergil, Aeneis II, 486-558

In den Versen 486 bis 558 des zweiten Buches der Aeneis schildert Vergil den Endkampf in der trojanischen Burg und den gewaltsamen Tod des Königs Priamus. Der Abschnitt endet mit dem berühmten Bild des toten Königs, dessen kopfloser Rumpf am Strand liegt – ein Symbol für den totalen Untergang Trojas.

At domus interior gemitu miseroque tumultu	gemitus , us: Stöhnen
miscetur, penitusque cavae plangoribus aedes	misceo 2: verwirren penitus (Adv.): tief im Innern
femineis ululant; ferit aurea sidera clamor.	cavus 3: gewölbt plangor , oris: Klagen ululo 1: heulen
Tum pavidae tectis matres ingentibus errant;	ferio 4: (<i>hier</i>) dringen bis postis , is m.: Türpfosten
490 amplexaeque tenent postis atque oscula figunt.	
Instat vi patria Pyrrhus ^a ; nec claustra, neque ipsi	insto 1: <i>hier</i> anstürmen claustrum , i: Riegel suffero : aufhalten labo 1: wanken
custodes sufferre valent; labat ariete crebro	ariete crebro : unter den Stößen des Rammbocks
ianua, et emoti procumbunt cardine postes.	ianua , ae: Türe emoveo 2: <i>hier</i> lossprengen procumbo 3: niederfallen
Fit via vi; rumpunt aditus, primosque trucidant	cardo , inis m.: Türangel aditum rumpere : den Zugang durchbrechen trucido 1: niedermetzeln
495 immissi Danaï ^b , et late loca milite complent.	non sic, cum : nicht anders, als wenn agger , -ris = Damm spumeus 3: schäumend gurges , itis m.: Strudel ferre (<i>pass.</i>) eilen cumulus , i: Wogenschwoll armenta , orum: Vieh geminus 3: beide limen , inis: Schwelle
Non sic, aggeribus ruptis cum spumeus amnis	
exiit, oppositasque evicit gurgite moles,	nurus , us f. Schwiegertochter
fertur in arva furens cumulo, camposque per omnis	foedo 1: besudeln sacro 1: weihen
cum stabulis armenta trahit. Vidi ipse furentem	
caede Neoptolemum ^a geminosque in limine Atridas ^c ;	thalamus , i: Brautgemach barbaricus 3: ausländisch, fremd
vidi Hecubam ^d centumque nurus, Priamumque per aras	spolia , orum: Rüstung qua (Adv.): wo deficio M: <i>hier</i> erlöschen forsitan : vielleicht et = etiam
sanguine foedantem, quos ipse sacraverat, ignis.	
Quinquaginta illi thalami, spes tanta nepotum,	
barbarico postes auro spoliisque superbi,	
procubere; tenent Danaï ^b , qua deficit ignis.	
Forsitan et Priami fuerint quae fata requiras.	

Urbis uti captae casum convolsaque vidit
 limina tectorum et medium in penetralibus hostem,
 arma diu senior desueta trementibus aevo
 circumdat nequiquam umeris, et inutile ferrum
 cingitur, ac densos fertur moriturus in hostis.
 Aedibus in mediis nudoque sub aetheris axe
 ingens ara fuit iuxtaque veterrima laurus,
 incumbens arae atque umbra complexa Penatis^e
 Hic Hecuba^d et natae nequiquam altaria circum,
 praecipites atra ceu tempestate columbae,
 condensae et divom amplexae simulacra sedebant.
 Ipsum autem sumptis Priamum iuvenalibus armis
 ut vidit, "Quae mens tam dira, miserrime coniunx,
 impulit his cingi telis? Aut quo ruis?" inquit;
 "Non tali auxilio nec defensoribus istis
 tempus eget, non, si ipse meus nunc adforet Hector.
 Huc tandem concede; haec ara tuebitur omnis,
 aut moriere simul." Sic ore effata recepit
 ad sese et sacra longaevum in sede locavit.
 Ecce autem elapsus Pyrrhi^a de caede Polites^f,
 unus natorum Priami, per tela, per hostis
 porticibus longis fugit, et vacua atria lustrat
 saucius: illum ardens infesto volnere Pyrrhus^a
 insequitur, iam iamque manu tenet et premit hasta.
 Ut tandem ante oculos evasit et ora parentum,
 concidit, ac multo vitam cum sanguine fudit.

convello 3: einreißen, einbrechen

penetralia, ium: das Innere (des Palastes)

desuetus 3: entwöhnt

aevum, i: Alter

nequiquam: vergeblich

umerus, i: Schulter

ferre *pass. s.o.*

aether, is m: Himmel

axis, is m.: Achse; Gewölbe

iuxta: nahe dabei, daneben

incumbo 3 + Dat.: sich neigen über

umbra complecti: beschatten

praeceps, cipitis: *hier* jäh herabstürzend

ceu: wie

condensus 3: dicht gedrängt

divom = deorum

amplector = umarmen

iuvenalis, -e = jugendlich

mens, tis: *hier* Gedanke

dirus 3: grausig, unselig

egeo 2, ui, - + Abl.: bedürfen

concedo 3: *hier* zurückweichen

moriere = morieris

recipio M: *hier* ziehen

longaevus 3: hochbetagt

loco 1: *hier* sich

niedersetzen lassen

elabor 3: entgleiten,

entkommen

lustrō 1: durcheilen

saucius 3: verwundet

infesto volnere: „mit feindlicher Wunde“ = mit tödlicher Waffe

insequor 3: verfolgen

premo 3: bedrängen

concido 3:

zusammenbrechen

fundo 3, fudi, fusum:

gießen, *hier* aushauchen

Hic Priamus, quamquam in media iam morte tenetur,
 non tamen abstinuit, nec voci iraeque pepercit:
 "At tibi pro scelere", exclamat, "pro talibus ausis,
 di, si qua est caelo pietas, quae talia curet,
 persolvant grates dignas et praemia reddant
 debita, qui nati coram me cernere letum
 fecisti et patrios foedasti funere voltus.
 At non ille, satum quo te mentiris, Achilles
 talis in hoste fuit Priamo; sed iura fidemque
 supplicis erubuit, corpusque exsanguie sepulchro
 reddidit Hectoreum, meque in mea regna remisit."
 Sic fatus senior, telumque imbellis sine ictu
 coniecit, raucum quod protinus aere repulsum
 e summo clipei nequiquam umbone pendit.
 Cui Pyrrhus^a: "Referes ergo haec et nuntius ibis
 Pelidae^b genitori; illi mea tristia facta
 degeneremque Neoptolemum^a narrare memento.
 Nunc morere." Hoc dicens altaria ad ipsa trementem
 traxit et in multo lapsantem sanguine nati,
 implicuitque comam laeva, dextraque coruscum
 extulit, ac lateri capulo tenus abdidit ensem.
 Haec finis Priami fatorum; hic exitus illum
 sorte tulit, Troiam incensam et prolapsa videntem
 Pergama^h, tot quondam populis terrisque superbum
 regnatorem Asiaeⁱ. Iacet ingens litore truncus,
 avolsumque umeris caput, et sine nomine corpus.

teneo 2: *hier* festhalten
abstineo 2: *hier* sich zurückhalten
parco 3: *hier* beherrschen
ausum, i: Wagnis
curo 1: *hier* rächen

grates persolvere: Dank abstaten

qui: dafür, dass du
letum, i: Tod
foedo 1: besudeln
voltus, us: *hier* Auge
satum ..: von dem abzustammen du lügnerisch vorgibst
talis fuit: verhielt sich so
fides, ei: *hier* Unverletzlichkeit
erubesco 3: erröten, *hier* in frommer Scheu ehren
exsanguis, e: blutlos, entseelt
imbellis, e: kraftlos
ictus, us: *hier* Wucht
raucus 3: dumpf dröhnend
protinus (Adv.): sogleich
repello 3: *hier* abwehren
summo clipei umbone: am Rande des Schildbuckels

degener, eris: entartet

lapso 1: ausgleiten
implico 1, ui: einwickeln, *hier* umfassen
coma, ae: Haupthaar
coruscus 3: zitternd, blitzend
effero, -ferre: *hier* emporschwingen
lateri abdidit: stieß es tief in die Brust
capulus, i: Heft
tenus + Abl.: bis
ferre: *hier* bestimmen
prolabor 3: niederstürzen
superbus 3 + Abl.: stolz auf
truncus, i: Baumstamm, *hier* Rumpf
avello 3: abreißen, *hier* abschlagen

- a) **Pyrrhus**, i m.: der Rotblonde, anderer Name für **Neoptolemus**
- b) **Danai** = Graeci
- c) **Atrides**, ae m.: Sohn des Atreus, also Agamemnon oder Menelaus
- d) **Hecuba**, ae f.: Gattin des Priamos, Königin von Troia
- e) **Penates**, ium m.: Schutzgötter (des Hauses)
- f) **Polites**, ae m.: ein weiterer Sohn des Priamos
- g) **Pelides**, ae m.: Sohn des Peleus, Patronymikon für Achilles
- h) **Pergama**, orum n.: Burg von Troia
- i) **Asia**: gemeint ist Kleinasien

Aeneas trifft auf Helena und Venus

Vergil, Aeneis II, 559-624

Aeneas wird von seiner Mutter Venus daran gehindert, aus Rache Helena zu töten, und erkennt stattdessen das wahre, göttliche Wirken hinter der Zerstörung der Stadt.

<p>At me tum primum saevus circumstetit horror.</p> <p>560 obstipui; subiit cari genitoris imago,</p> <p>ut regem aequaevum crudeli vulnere vidi</p> <p>vitam exhalantem, subiit deserta Creusa</p> <p>et direpta domus et parvi casus Iuli.</p> <p>respicio et quae sit me circum copia lustro.</p> <p>565 deseruere omnes defessi, et corpora saltu</p> <p>ad terram misere aut ignibus aegra dedere.</p> <p>Iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae</p> <p>servantem et tacitam secreta in sede latentem</p> <p>Tyndarida^a aspicio; dant claram incendia lucem</p> <p>570 erranti passimque oculos per cuncta ferenti.</p> <p>illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros</p> <p>et Danaum poenam et deserti coniugis iras</p> <p>praemetuens, Troiae et patriae communis Erinys^b,</p> <p>abdiderat sese atque aris invisā sedebat.</p> <p>575 exarsere ignes animo; subit ira cadentem</p>	<p>circumsisto 3: hier umfassen, umfassen</p> <p>obstipesco 3: erstarren</p> <p>subiit: es stieg vor meinem Geist auf</p> <p>aequaevus 3: gleichaltrig</p> <p>exhalo 1: aushauchen</p> <p>copia, ae: geringe Menge (von Begleitern)</p> <p>lustro 1: durchsuchen, prüfen</p> <p>defessus 3: erschöpft</p> <p>corpora ... mittere: sich hinabstürzen</p> <p>aeger 3: hier lebensmüde</p> <p>iam: nunmehr</p> <p>adeo: hier in der Tat</p> <p>limina, um: hier Tempel</p> <p>secretus 3: abgeschieden</p> <p>erranti erg. mihi</p> <p>passim: überallhin</p> <p>per cuncta: über alles</p> <p>infestus 3: hier erbittert</p> <p>eversa ob P.: wegen der Zerstörung von Tr.</p> <p>poena, ae: hier Rache, Vergeltung</p> <p>praemetuo 3: im Voraus fürchten</p> <p>invisus 3: verhaßt</p> <p>ignes, ium: hier Zornesglut</p> <p>ira subit: Zorn steigt in mir auf</p>
--	--

	ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.	cado 3: hier untergehen poenas sumere : Strafe vollziehen scilicet : also parto triumpho : im wohlworbene Tr. coniugium = coniunx
	”scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae aspiciet, partoque ibit regina triumpho? coniugiumque domumque patris natosque videbit	
580	Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris? occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni? Dardanium totiens sudarit sanguine litus? non ita. namque etsi nullum memorabile nomen feminea in poena est, habet haec victoria laudem;	occido 3: <i>hier</i> umkommen sudo 1: triefen non ita : nimmermehr! nomen , inis: <i>hier</i> Ruhm nefas : <i>hier</i> Akk. die Frevlerin merentis : <i>gen. obiect.</i> an der Schuldigen
585	extinxisse nefas tamen et sumpsisse merentis laudabor poenas, animumque explesse iuvabit ultricis famam et cineres satiasse meorum.” Talia iactabam et furiata mente ferebar, cum mihi se, non ante oculis tam clara, videndam	expleo 2 + <i>gen.</i> : befriedigen mit iuvat : <i>hier</i> es ist mir eine Wonne ultrix . icis: rächend satio 1: sättigen, <i>hier</i> sühnen iacto 1: <i>hier</i> überlegen, erwägen furiatus 3: wütend, rasend feror , ferri: hinstürzen (<i>impf. de conatu</i>) <i>cum inversum</i> videndam : sichtbar se offerre : sich entgegenstellen refulgeo 2: erglänzen, erstrahlen almus 3: belebend; hold qualis et quanta : so schön und gewaltig wie contineo 2: zurückhalten insuper : obendrein quis? <i>adjektivisch</i> indomitus 3: unbändig excito 1: erregen quonam? : wohin denn? cura nostri : die Sorge um uns non = nonne? adspicio M: zusehen supero 1: <i>hier</i> noch leben
590	obtulit et pura per noctem in luce refulsit alma parens, confessa deam qualisque videri caelicolis et quanta solet, dextraque prehensum continuit roseoque haec insuper addidit ore: ”nate, quis indomitas tantus dolor excitat iras?	refulgeo 2: erglänzen, erstrahlen almus 3: belebend; hold qualis et quanta : so schön und gewaltig wie contineo 2: zurückhalten insuper : obendrein quis? <i>adjektivisch</i> indomitus 3: unbändig excito 1: erregen quonam? : wohin denn? cura nostri : die Sorge um uns non = nonne? adspicio M: zusehen supero 1: <i>hier</i> noch leben
595	quid furis? aut quonam nostri tibi cura recessit? non prius aspicias ubi fessum aetate parentem liqueris Anchisen, superet coniunxne Creusa Ascaniusque puer? quos omnis undique Graiae circum errant acies et, ni mea cura resistat,	supero 1: <i>hier</i> noch leben erro 1: <i>hier</i> schwärmen ni = nisi resisto 3: <i>hier</i> wachen ferre : <i>hier</i> hinwegraffen haurio M. <i>hier</i> durchbohren
600	iam flammae tulerint inimicus et hauserit ensis. non tibi Tyndaridis ^a facies invisae Lacaenae	

culpatusve Paris, divum inclementia, divum
 has evertit opes sternitque a culmine Troiam.
 aspice (namque omnem, quae nunc obducta tuenti
 605 mortalis hebetat visus tibi et umida circum
 caligat, nubem eripiam; tu ne qua parentis
 iussa time neu praeceptis parere recusa):
 hic, ubi disiectas moles avulsaque saxis
 saxa vides, mixtoque undantem pulvere fumum,
 610 Neptunus muros magnoque emota tridenti
 fundamenta quatit totamque a sedibus urbem
 eruit. hic luno Scaeas^c saevissima portas
 prima tenet sociumque furens a navibus agmen
 615 ferro accincta vocat^d.
 iam summas arces Tritonia^e, respice, Pallas
 insedit nimbo effulgens et Gorgone^f saeva.
 ipse pater^g Danais animos virisque secundas
 sufficit, ipse deos in Dardana suscitatur arma.
 620 eripe, nate, fugam finemque impone labori;
 nusquam abero et tutum patrio te limine sistam.”
 dixerat et spissis noctis se condidit umbris.
 apparent dirae facies inimicaque Troiae
 numina magna deum^d.

culpatus 3: vielbeschimpft
inclementia, ae: Ungnade
evertit 3: *hier* vernichten
sterno 3: niederstrecken
culmen, inis: Giebel, Höhe
obduco 3+ *dat.*: vor etwas ziehen
tueor 2: *hier* schauen, blicken
hebetit 1: stumpf machen; *hier* umflören
caligo 1: Dunkel verbreiten
neu = neve (und nicht)

disicio M: zertrümmern
avello 3: losreißen
undo 1: wallen, wogen

emoveo 2: herausbrechen

quatio M: schütteln, *hier* zerschlagen

eruo 3: herausreißen

accingo 3: *pass.* sich waffnen

effulgeo 2: hervorleuchten

vires secundas sufficere: Kräfte zum Sieg verleihen

suscito 1: aufrichten, ermuntern

fugam eripere: schleunigst die Flucht ergreifen

finem imponere: ein Ende bereiten

sisto 3 (+ *Abl.*): (irgendwohin) bringen

spissus 3: dicht

condo 3: verwahren, bergen

appareo 2: *hier* sichtbar sein

dirus 3: grausig

numina magna: die hohen Gewalten

- a) **Tyndaris**, idis f.: Helena
- b) **Erinys**, -yos f.: Furie, fluchbringendes Wesen (wie Helena)
- c) **Scaeae portae**: das Skäische Tor (Westtor Troias)
- d) Es gibt 58 unvollständige Verse in der Aeneis, die zeigen, daß Vergil die Endredaktion nicht mehr durchgeführt hat.
- e) **Tritonis**, idis f.: (nicht geklärt) Beiname der Athene
- f) **Gorgo**, onis f.: gräßliches Ungeheuer mit schlangenhaarigem Kopf (Medusa)
- g) **ipse pater** = Iuppiter

Flucht aus Troia

Vergil, Aeneis II, 671-804

Vorzeichen drängen zur Flucht: Aeneas trägt seinen Vater auf den Schultern, führt seinen Sohn an der Hand und weist seine Frau Creusa an, in einigem Abstand zu folgen. Im Dunkeln verliert Aeneas den Kontakt zu seiner Frau. Sie erscheint ihm und erklärt, so sei es der Wille der Götter. Als der Morgenstern aufsteigt, steigen die Flüchtlinge den Berg Ida hinan.

Hinc ferro accingor rursus clipeoque sinistram

insertabam aptans meque extra tecta ferebam.

inserto 1 + Dat.: hineinfügen

apto 1: anpassen

ecce autem complexa pedes in limine coniunx

haerebat, parvumque patri tendebat lulum:

675 *“si periturus abis, et nos rape in omnia tecum;*

sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis,

hanc primum tutare domum. cui parvus lulus,

cui pater et coniunx quondam tua dicta relinquitur?”

cui parvus lulus erg. relinquitur

cui pater erg. relinquitur

Talia vociferans gemitu tectum omne replebat,

cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.

namque manus inter maestorumque ora parentum

monstrum, i: Wunderzeichen

ecce levis summo de vertice visus Iuli

fundere lumen apex, tactuque innoxia mollis

apex, icis m.: hier spitze Flamme

tactus, us: Berührung

innoxius 3: unschädlich

lambere flamma comas et circum tempora pasci.

nos pavidi trepidare metu crinemque flagrantem

excutere et sanctos restinguere fontibus ignis.

at pater Anchises oculos ad sidera laetus

extulit et caelo palmas cum voce tetendit:

“Iuppiter omnipotens, precibus si flecteris ullis,

aspice nos, hoc tantum, et si pietate meremur,

da deinde auxilium, pater, atque haec omina firma.”

flector 3: hier sich rühren lassen

Vix ea fatus erat senior, subitoque fragore

intonuit laevum, et de caelo lapsa per umbras
stella facem ducens multa cum luce cucurrit.

intono 1, -ui: donnern
laevum: *Adverb*

illam summa super labentem culmina tecti
cernimus Idaea^a claram se condere silva
signantemque vias; tum longo limite sulcus
dat lucem et late circum loca sulphure fumant.

signo 1: *hier* ausleuchten
limes, itis **m.**: *hier* Weg
sulcus, i: *hier* Bahn (des Kometen)

hic vero victus genitor se tollit ad auras
adfaturque deos et sanctum sidus adorat.

*“iam iam nulla mora est; sequor et qua ducitis adsum,
di patrii; servate domum, servate nepotem.
vestrum hoc augurium, vestroque in numine Troia est.
cedo equidem nec, nate, tibi comes ire recuso.”*

qua (*Adv.*): wohin

dixerat ille, et iam per moenia clarior ignis
auditur, propiusque aestus incendia volvunt.

*“ergo age, care pater, cervici imponere nostrae;
ipse subibo umeris nec me labor iste gravabit;
quo res cumque cadent, unum et commune periculum,
una salus ambobus erit. mihi parvus lulus
sit comes, et longe servet vestigia coniunx.*

umeris subire: auf die Schultern
nehmen
gravo 1: *hier* belasten

*vos, famuli, quae dicam animis advertite vestris.
est urbe egressis tumulus templumque vetustum
desertae Cereris, iuxtaque antiqua cupressus
religione patrum multos servata per annos;
hanc ex diverso sedem veniemus in unam.*

urbe egressis erg. vobis

*tu, genitor, cape sacra manu patriosque penatis;
me bello e tanto digressum et caede recenti*

sacra, orum: heilige Geräte

attrectare nefas, donec me flumine vivo

abluero."^b

haec fatus latos umeros subiectaque colla

veste super fulvique insternor pelle leonis,

succedoque oneri; dextrae se parvus lulus

implicuit sequiturque patrem non passibus aequis;

pone subit coniunx. ferimur per opaca locorum,

et me, quem dudum non ulla iniecta movebant

tela neque adverso glomerati examine Grai^c,

nunc omnes terrent aerae, sonus excitat omnis

suspensum et pariter comitique onerique timentem.

iamque propinquabam portis omnemque videbar

evasisse viam, subito cum creber ad auris

visus adesse pedum sonitus, genitorque per umbram

prospiciens "*nate,*" exclamat, "*fuge, nate; propinquant.*

ardentis clipeos atque aera micantia cerno."

hic mihi nescio quod trepido male numen amicum

confusam eripuit mentem. namque avia cursu

dum sequor et nota excedo regione viarum,

heu misero coniunx fatone erepta Creusa

substitit, erravitne via seu lapsa resedit,

incertum; nec post oculis est reddita nostris.

nec prius amissam respexi animumve reflexi

quam tumulum antiquae Cereris sedemque sacratam

venimus: hic demum collectis omnibus una

defuit, et comites natumque virumque fefellit.

attrecto 1: berühren

vivus 3: *hier* fließend

latos...colla: *Akk. graecus*

super (*Adv.*): überdies, außerdem

insternor 1: *hier* ich umhülle mich

se implicare +*Dat.*: sich schmiegen

pone (*Adv.*): hinterher

glomerato 1: zusammendrängen

viam evadere: den Weg zurücklegen

visus erg. est

nescio quod: irgendein

male amicus 3: unfreundlich

avia 3: abgelegen

fatone (*indir. Fragesatz*)

quem non incusavi amens hominumque deorumque,
aut quid in eversa vidi crudelius urbe?

Ascanium Anchisenque patrem Teucros^dque penatis
commendo sociis et curva valle recondo;
ipse urbem repeto et cingor fulgentibus armis.

stat casus renovare omnis omnemque reverti
per Troiam et rursus caput obiectare periclis.

principio muros obscuraque limina portae,
qua gressum extuleram, repeto et vestigia retro
observata sequor per noctem et lumine lustrō:

horror ubique animo, simul ipsa silentia terrent.

inde domum, si forte pedem, si forte tulisset,
me refero: inruerant Danai et tectum omne tenebant.

ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
volvitur; exsuperant flammae, furit aestus ad auras.

procedo et Priami sedes arcemque reviso:

et iam porticibus vacuis Iunonis asylo

custodes lecti Phoenix^e et dirus Ulixes

praedam adservabant. huc undique Troia gaza

incensis erepta adytis, mensaeque deorum

crateresque auro solidi, captivaeque vestis

congeritur. pueri et pavidae longo ordine matres

stant circum.^b

ausus quin etiam voces iactare per umbram

implevi clamore vias, maestusque Creusam

nequiquam ingeminans iterumque iterumque vocavi.

Anchisen = Akk. v. Anchises

gressus, us: Schritt
vestigia ... **sequor**: ich verfolge
die Spur, die ich genau beachte,
zurück

ilicet: es ist aus und vorbei

asylum, i: *hier* Tempel

gaza, ae: Schatz

adytum, i: *hier* Tempel

crater, eris **m.**: Mischkrug

quaerenti et tectis urbis sine fine ruenti
infelix simulacrum atque ipsius umbra Creusae
visa mihi ante oculos et nota maior imago.
obstipui, steteruntque comae et vox faucibus haesit.
tum sic adfari et curas his demere dictis:

nota erg. imagine (abl. comp.)

*“quid tantum insano iuvat indulgere dolori,
o dulcis coniunx? non haec sine numine divum
eveniunt; nec te hinc comitem asportare Creusam
fas, aut ille sinit superi regnator Olympi.*

indulgeo 2: sich hingeben

*longa tibi exsilia et vastum maris aequor arandum,
et terram Hesperiam^f venies, ubi Lydius^g arva
inter opima virum leni fluit agmine Thybris^h.*

asporto 1: mitnehmen

*illic res laetae regnumque et regia coniunx
parta tibi; lacrimas dilectae pelle Creusae.*

Lydius 3: etruskisch

*non ego Myrmidonumⁱ sedes Dolopum^{ve} superbas
aspiciam aut Grais^c servitum matribus ibo,
Dardanis^k et divae Veneris nurus;
sed me magna deum genetrix his detinet oris.
iamque vale et nati serva communis amorem.”*

servitum: Supinum

haec ubi dicta dedit, lacrimantem et multa volentem
dicere deseruit, tenuisque recessit in auras.
ter conatus ibi collo dare bracchia circum;
ter frustra comprehensa manus effugit imago,
par levibus ventis volucrique simillima somno.
sic demum socios consumpta nocte reviso.
Atque hic ingentem comitum adfluxisse novorum

inuenio admirans numerum, matresque virosque,
 collectam exsilio pubem, miserabile vulgus.
 undique convenere animis opibusque parati
 in quascumque velim pelago deducere terras.
 iamque iugis summae surgebat Lucifer^l Idae
 ducebatque diem, Danaei^mque obsessa tenebant
 limina portarum, nec spes opis ulla dabatur.
 cessi et sublato montis genitore petivi.

- a. **Idaeus** 3: zum Idagebirge gehörig (Ida, ae: Gebirge in der Troas)
- b. Es gibt 58 unvollständige Verse in der Aeneis, die zeigen, daß Vergil die Endredaktion nicht mehr durchgeführt hat.
- c. **Graei**, orum m.: die Griechen
- d. **Teucrus** 3: teukrisch = trojanisch
- e. **Phoenix**, icis m.: älterer Gefährte des Achilles
- f. **terra Hesperia** = Italien
- g. Lydien war eine Landschaft in Kleinasien, von wo die Etrusker nach Italien eingewandert sein sollen; daher gebraucht Vergil „*Lydius*“ in der Bedeutung „*etruskisch*“.
- h. **Thybris**, idis m. = Tiberis, is: Tiber
- i. **Myrmidones**, um m.: die Myrmidonen, thessalischer Volksstamm, Gefolgsleute des Achilles
- j. **Dolopes**, um m.: ebenfalls Volksstamm in Thessalien, unter der Führung des Neoptolemus, des Sohnes von Achilles
- k. **Dardanis**, idis f.: Tochter des Dardanus, also Creusa
- l. **Lucifer**, i m.: Morgenstern
- m. **Danaei**, orum m.: die Danaer = die Griechen

Der Tod des Achill

Ovid, Metamorphosen XII, 580-619

Kyknos (lat. Cygnus), der Sohn des Poseidon, war in einem der ersten Kämpfe vor Troja von Achill getötet und von seinem Vater in einen Schwan verwandelt worden. Von unbändigem Hass gegen Achilles entbrannt will Poseidon den Tod des Sohnes rächen.

580 At deus, aequoreas qui cuspide temperat undas,
 in volucrem¹ corpus nati Phaethontida¹ versum²
 mente dolet patria saevumque perosus Achillem
 exercet memores plus quam civiliter³ iras.
 lamque fere tracto⁴ duo per quinquennia bello
 585 talibus intonsum compellat Sminthea^a dictis:
 „O mihi de fratris longe gratissime natis,

1 **volucris, is f. Phaetontides:** (poet.) Schwan

Phaetontida: griech. Akkusativ

2 **versum:** erg. esse

3 **plus quam civiliter:** mehr als „bürgerlich“/ zivilisiert = unangemessen, maßlos

4 **trahere, 3 traxi tractum:** hier in die Länge ziehen

irrita qui mecum posuisti moenia Troiae,^b
 ecquid, ubi has iamiam casuras adspicis arces,
 ingemis? aut ecquid tot defendentia muros
 590 milia caesa⁵ doles? ecquid, ne persequar omnes,
 Hectoris umbra subit circum sua Pergama^c tracti?
 Cum tamen ille ferox belloque cruentior ipso
 vivit adhuc⁸, operis nostri populator, Achilles.
 Det mihi se⁹: faxo¹⁰, triplici quid cuspide possim,
 595 sentiat¹⁰; at quoniam concurrere cominus hosti
 non datur¹¹, occulta necopinum perde sagitta!“
 Adnuit atque animo¹² pariter patruisque suoque
 Delius^d indulgens nebula velatus in agmen
 pervenit Iliacum mediaque in caede virorum
 600 rara per ignotos spargentem cernit Achivos
 tela Parin¹³ fassusque deum, „quid spicula perdis¹⁴
 sanguine plebis?“ ait. „Siqua est tibi cura tuorum,
 vertere¹⁵ in Aeaciden^e caesosque ulciscere fratres!“
 Dixit et ostendens sternentem Troica ferro
 605 corpora Peliden^f, arcus obvertit in illum
 certaue letiferā derexit spicula dextrā.
 Quod¹⁶ Priamus gaudere senex post Hectora¹⁷ posset,
 hoc fuit; ille igitur tantorum victor, Achille,
 victus es a timido Graiae^g raptore maritae!
 610 At si femineo fuerat tibi Marte cadendum,
 Thermodontiaca^h malles cecidisse bipenni^h.
 Iam timor ille Phrygumⁱ, decus et tutela Pelasgi^j
 nominis, Aeacides^f, caput insuperabile bello,
 arserat: armarat deus idem idemque cremarat;^k
 615 Iam cinis est, et de tam magno restat Achille
 nescio quid parvum, quod non bene compleat urnam,
 at vivit totum quae gloria compleat orbem.¹⁸
 Haec illi mensura viro respondet, et hac est
 par sibi Pelides^f nec inania Tartara sentit.

5 **caesa**: *erg. esse*:

6 **persequi, 3 (Dep.)**: *hier*

beschreiben, aufzählen

7 **subire, subeo, subivi**: *hier* in den
Sinn kommen

8 **cum tamen**: während/obwohl
doch

9 **se dare**: sich stellen

10 **faxo sentiat** = *faciam, ut sentiat*

11 **non datur**: *erg. mihi*

12 **animus, i m.**: *hier* Wille,
Verlangen

13 **Parin**: griechischer Akkusativ
zu *Paris*

14 **perdere, 3**: *hier* verschwenden,
vergeuden

15 **vertere, 3**: *hier* medial gebraucht:
sich hinwenden
vertere = Imperativ

16 **quod**: *hier* dass

17 **post Hecora** = post mortem
Hectoris

18 **at vivit...orbem**: *ordne*: at vivit
gloria,

- 619 a **Smintheus,i**: Beiname des Apoll
 b **qui mecum posuisti moenia Troiae**: Poseidon und Apoll hatten dem trojanischen König Laomedon beim Bau der Stadtmauern von Troja geholfen
 c **Pergama,-orum** n.Pl.: die Burg von Troja; üt.Troja
 d **Delius,i** = Apoll (der Beiname bezieht sich auf den Geburtsort Apolls, die Insel Delos)
 e **Aeacides,is**: der Aiakide (Nachfahre des Aiakos) = Achill (als Enkel des Aiakos)
 f **Pelides,is**: der Sohn des Peleus (= Achill)
 g **Graius,3**: griechisch
 h **Thermodontiacus,3**: zum Thermodon gehörig; der Fluss Thermodon durchfließt in der Mythologie die Heimat der Amazonen
Thermodontiaca bipennis: die Doppelaxt der Amazonen
 i **Phryges,-um** = Troiani,orum
 j **Pelagus,3**: griechisch
 k **deus idem**: gemeint ist Hephaistos, der Gott des Feuers; er hatte Achills Waffen geschmiedet und durch ihn (i.e.durch das Feuer) verbrannte (auf dem Scheiterhaufen) Achills Körper

Das Los der trojanischen Frauen

Ovid, Metamorphosen, XIII, 399-428

Ilion (Troja) ist erobert, die Griechen fahren mit ihren Schiffen ab – als Beute nehmen sie auch die überlebenden Frauen mit.

<p>Ilion ardebat, neque adhuc consederat ignis, exiguumque senis Priami^a Iovis ara cruorem 410 conbiberat, tractata comis antistita Phoebi non profecturas tendebat ad aethera palmas; Dardanidas^b matres patriorum signa deorum, dum licet, amplexas succensaque templa tenentes invidiosa trahunt victores praemia Grai; 415 mittitur Astyanax^c illis de turribus, unde pugnantem pro se proavitaque regna tuentem saepe videre patrem monstratum a matre solebat. iamque viam suadet Boreas, flatuque secundo carbasa mota sonant: iubet uti navita ventis;</p>	<p>exiguum cruor: das wenige Blut comis tractare: an den Haaren herumzerren, schleppen antistita Phoebi: Oberpriesterin des Apoll (= Cassandra) palma, -ae: Hand(fläche) non profecturas ~ nutzlos verbinde: matres – amplexas - tenentes dum licet: solange es möglich war amplector, amplexus sum: umarmen succendere: anzünden invidiosus 3: verhasst Grai = Graeci</p> <p>proavitus 3: von den Vorfahren ererbt tueri: schützen verbinde: pugnantem ... tuentem ... patrem monstratum Boreas, -ae: NO- (oder N-)Wind flatu secundo: bei günstigem Wind carbasa n.pl.: Segel navita = nauta</p>
---	--

420 'Troia, vale! rapimur' clamant, dant oscula terrae

Troades et patriae fumantia tecta relinquunt.

Troades = Trojanerinnen

ultima conscendit classem – miserabile visu! –

visu: anzusehen (Sup.)

in mediis Hecube^d natorum inventa sepulcris:

prensantem tumulos atque ossibus oscula dantem

prensare: fassen, halten

traxere: traxerunt

425 Dulichiae^e traxere manus, tamen unius hausit

Dulichiae manus: Subj.!

verbinde: unius ... Hectoris

inque sinu cineres secum tulit Hectoris haustos;

hausire, hausi, haustum: schöpfen

sinus, -us: Schoß

Hectoris in tumulo canum de vertice crinem,

cinis, -eris m.: Asche

canus 3: grau

inferias inopes, crinem lacrimasque reliquit.

vertex, -icis: Scheitel

inferias inopes: kärgliche

Totenopfer

- a) **Priamos** war am Altar Jupiters getötet worden.
- b) **Dardanidae matres** = die trojanischen Mütter
- c) **Astyanax**: Sohn von Hektor und Andromache. Der kleine Astyanax wird nach der Eroberung Trojas von den Griechen getötet, um zu verhindern, dass er später den Tod seines Vaters räche.
- d) **Hecube** = Hecuba (Gattin des Königs Priamos)
- e) **Dulichiae manus**: bezieht sich auf die Männer aus Dulichium, einer Insel im Reich des Odysseus.

Arbeitsaufgaben

1. Finde in den Versen ab 418 einige Beispiele für das Stilmittel „Hyperbaton“, eine deutliche Assonanz (Häufung derselben Vokale) bzw. Lautmalerei und eine Personifikation.
2. Der Textabschnitt lässt sich in drei Abschnitte gliedern. Fasse den Inhalt der einzelnen Teile in eigenen Worten zusammen und formuliere eine Überschrift!

Verse	Inhalt	Überschrift
Verse 408 - 417		
Verse 418 - 421		
Verse 422 - 428		

3. Ovid zeigt Hecabe/Hecuba als Figur des Jammers (miserabile visu). Inwiefern wird dies ab Vers 422 deutlich? Sammle alle Begriffe, die zum Sachfeld „Bestattung“ gehören!

Die Opferung der Polyxena

Ovid, Metamorphosen, XIII, 439-480

Troia war erobert worden. Als Kriegsbeute mussten die trojanischen Frauen die griechischen Schiffe besteigen. Bei der Landung der Griechen an der thrakischen Küste geschieht Folgendes:

439	Litore Threicio ^a classem religarat ¹ Atrides ^b ,	1 religarat = religaverat
440	dum ² mare pacatum, dum ² ventus amicior esset: hīc subito, quantus, cum viveret, esse solebat, exit humo late rupta similisque minanti temporis illius vultum referebat ³ Achilles, quo ferus iniustum ^c petiit ⁴ Agamemnona ^c ferro	2 dum : <i>hier</i> bis 3 vultum illius temporis referre (referre,3) : denselben Gesichtsausdruck zeigen wie zu jener Zeit 4 petiit = petivit
445	„immemores“ que „mei disceditis,“ inquit „Achivi, obrutaque est mecum virtutis gratia nostrae? ne <id> facite! utque meum non sit sine honore sepulcrum, placet ⁵ Achilleos mactata Polyxena manes ⁶ !“ Dixit, et immiti sociis parentibus ⁷ umbrae,	5 placare,1 : besänftigen, versöhnen 6 Achillei manes (manes,-ium m.): <i>hier</i> die Seele des Achill 7 parentibus : Verbalform! 8 fovere,2 : <i>hier</i> umarmt halten, sich schmiegen an
450	rapta sinu matris, quam iam prope sola fovebat ⁸ , fortis et infelix et plus quam femina ^d virgo ducitur ad tumultum diroque fit hostia busto. Quae memor ipsa sui, postquam crudelibus aris admota est sensitque sibi fera sacra parari,	
455	utque Neoptoleum ^e stantem ferrumque tenentem inque suo vidit figentem lumina ⁹ vultu, „utere iamdudum generoso sanguine“ ¹¹ , dixit, „nulla mora est; at tu iugulo vel pectore telum conde ¹² meo“ (iugulumque simul pectusque retexit).	9 lumen,-inis n.: <i>hier</i> Augen 10 figere,3 in + Abl.: <i>hier</i> fest richten auf etw./jmd. 11 uti,3 utor + Abl: <i>hier</i> sich einer Sache bedienen 12 condere,3: <i>hier</i> hineinstoßen versenken
460	„Scilicet haud ulli servire Polyxena vellem. Haud per tale sacrum numen placabitis ullum! Mors tantum vellem matrem mea fallere posset ¹³ : mater obest ¹⁴ minuitque necis mihi gaudia, quamvis non mea mors illi, verum sua vita gemenda est.	13 mors...posset : ich wünschte nur, mein Tod könnte für meine Mutter unbemerkt bleiben 14 obesse, obsum : hinderlich sein (Polyxena sagt das aus Liebe zu ihrer leidenden Mutter, nicht als Vorwurf)

Vos¹⁵ modo, ne¹⁶ Stygios^f adeam non¹⁶ libera manes^f,
 465 ite procul, si iusta peto, tactuque viriles
 virgineo removete manus! Acceptior illi,
 quisquis is est, quem caede mea placare⁵ paratis,
 liber erit sanguis. Siquos¹⁷ tamen ultima nostri
 verba movent oris (Priami vos filia regis,
 470 non captiva rogat), genetrici corpus inemptum
 reddite, neve auro redimat¹⁸ ius triste sepulcri,
 sed lacrimis! Tum, cum poterat¹⁸, redimebat¹⁸ et¹⁹ auro.“
 Dixerat, at populus lacrimas, quas illa tenebat²⁰,
 non tenet²⁰; ipse etiam flens invitatusque sacerdos²¹
 475 praebita coniecto²² rupit praecordia ferro.
 Illa super terram defecto poplite labens
 pertulit intrepidus ad fata novissima²³ vultus;
 tunc quoque cura fuit partes velare tegendas,
 480 cum caderet²⁴, castique decus servare pudoris.

15 **vos**: angesprochen sind die bei der Opferhandlung anwesenden griechischen Soldaten
 16 **ne ... non** = ut

17 **siquos** = si aliquos

18 **redimat, poterat, redimebat**: Subj. ist Hecuba, die Mutter Polyxenas

19 **et = etiam**

20 **tenere, 2**: hier zurückhalten

21 **sacerdos**: gemeint ist Neoptolemus, der das Opfer vollziehen muss

22 **conicere, 3 conieci coniectum**: hier hineinstoßen

23 **ad fata novissima**: „bis zur letzten Schicksalsbestimmung“ = bis zum Tod

24 **tunc quoque...caderet**: *ordne*: tunc quoque, cum caderet, <ei> cura fuit partes velare tegendas

a **Threicius 3**: thrakisch

b **Atrides, -ae**: der Atride (gemeint ist Agamemnon)

c **iniustum Agamemnona**: *iniustus* ist Agamemnon aus der Sicht des Achilles, weil er ihm die Sklavin Briseis wegnahm

d **plus quam femina**: mehr als eine Frau, über das hinausgehend, was man traditionell von einer Frau erwartete - Ovid betont mit dieser Wendung den großen Mut der Polyxena

e **Neoptolemus, -i**: Sohn des Achill; er war nach dem Tod Achills nach Troja geholt worden

Troia wird in Rom wieder auferstehen

Ovid, Metamorphosen VX, 437-449

437	Dixerat Aeneae, cum res Troiana labaret, Priamides Helenus ^a flenti dubioque salutis: "nate dea ^b , si nota satis praesagia nostrae	labare: wanken praesagium , -i: Ahnung, Vorzeichen sospes , -itis: wohlbehalten
440	mentis habes, non tota cadet te sospite Troia! flamma tibi ferrumque dabunt iter: ibis et una Pergama ^c rapta feres, donec Troiaeque tibi que externum patria contingat amicus arvom, urbem et iam cerno Phrygios ^d debere nepotes,	una (Adv.): mit dir externum ... arvum: ein fremdes (fernes) Ackerland contingit (unpers.): es wird zuteil amicus (Komp.): freundlicher debere: (hier:) bestimmt sein, zu gründen visa , erg. est
445	quanta nec est nec erit nec visa prioribus annis. hanc alii proceres per saecula longa potentem, sed dominam rerum de sanguine natus Iuli ^e efficiet, quo cum tellus erit usa ^f , fruuntur aetheriae sedes, caelumque erit exitus illi."	proceres , -um: Vornehme, Führer uti: (hier:) besitzen, genießen fruo: genießen aetherius 3: himmlisch

- a) **Priamides Helenus:** trojanischer Prinz, Seher und Sohn von König Priamos und Hekabe. Er ist Zwillingsbruder der Cassandra, mit der er die Gabe der Prophetie teilte, sowie einer der überlebenden Trojaner nach dem Fall der Stadt.
- b) **natus dea** = Aeneas, Sohn der Göttin Aphrodite und des Anchises.
- c) **Pergama**, -orum n. = Troja.
- d) **Phrygii:** hier (wie oft) Synonym für Trojaner
- e) **de sanguine natus Iuli:** der aus dem Blut des Iulus Geborene, Anspielung auf Caesar und/oder Augustus.
- f) **quo cum tellus erit usa:** bezieht sich auf die Regierungszeit des Herrschers auf Erden

Aufgaben:

1. Erkläre, worin in diesem Text die Metamorphose besteht!
2. Erkläre anhand folgender Begriffe bzw. Wortblöcke, inwiefern Ovid in diesem Textabschnitt augusteische Propaganda bedient: non tota cadet Troia – de sanguine natus Iuli – domina rerum – fruuntur aetheriae sedes / caelumque erit exitus illi.

Caesar besucht Trojas Überreste

Lukan, Pharsalia, IX 961-986

In Lukans Epos Bellum Civile (Pharsalia) besucht Caesar 48 v. Chr. nach der Schlacht von Pharsalos das antike Troja. Die Szene ist als „touristische“ Reise durch die zerstörte Stadt inszeniert, bei der Caesar lokale Stätten wie das Grab des Aias und den Altar des Zeus Herkeios („Hofgott“), an dem Priamos getötet worden war, besucht. Lukan betont die Vergänglichkeit der Stätten, an denen kein Stein ohne Geschichte ist. Nur durch Dichter wie Homer leben sie in der Nachwelt fort. Voll Selbstbewusstsein bittet er Caesar, nicht eifersüchtig auf den Ruhm der Dichter zu sein, da Caesar ohne den Dichter nur eine Fußnote der Geschichte bliebe.

961	Sigeas ^a que petit fama mirator harenas ^a et Simoentis ^b aquas et Graio nobile busto ^c Rhoetion ^a et multum debentis vatibus umbras. circumit exustae nomen memorabile Troiae	exurere (-ussi, -ustum): verbrennen
965	magnaue Phoebei ^d quaerit vestigia muri. iam silvae steriles et putres robore trunci Assaraci ^e pressere domos et templa deorum iam lassa radice ^f tenent, ac tota teguntur Pergama ^g dumetis: etiam periere ruinae.	sterilis , -e: unfruchtbar putres robore trunci : Stämme mit verfaultem Holz pressere : presserunt
970	aspicit Hesiones ^h scopulos silvaque latentis Anchisae ⁱ thalamos; quo iudex ^j sederit antro, unde puer raptus ^k caelo, quo vertice Nais ^l luxerit Oenone ^l : nullum est sine nomine saxum. inscius in sicco serpentem pulvere rivum	dumetum , -i: Dickicht periere : perierunt scopulus , -i: Klippe latere : verborgen sein Ptz. Akk.pl.) thalamus , -i: Schlafgemach antrum , -i: Höhle caelo : Dat. d. Richtung (zum Himmel) vertex , -icis m.: Gipfel luxerit v. lugere: trauern
975	transierat, qui Xanthus ^m erat. securus in alto gramine ponebat gressus: Phryx incola manes Hectoreos ⁿ calcare vetat. discussa iacebant saxa nec ullius faciem servantia sacri:	serpere : sich dahinschlängeln securus 3: sorglos gramen , -inis n.: Gras Phryx , -gis: Phrygier calcare : auf etwas treten discussa v. discutere: zerstören facies , -ei f.: Aussehen

Herceas^o monstrator ait 'non respicis aras?

980 o sacer et magnus vatum labor! omnia fato

eripis et populis donas mortalibus aevum.

invidia sacrae, Caesar, ne tangere fama;

ne tangere (Konj. 2.P.Sg.pass.):
lassen dich nicht berühren
fas est: es ist erlaubt

nam, siquid Latiis fas est promittere Musis^p,

quantum Zmyrnaei^q durabunt vatis honores,

985 venturi me teque legent; Pharsalia^r nostra

venturi: die kommenden
Generationen

vivet, et a nullo tenebris damnabimur aevo.

tenebris damnare: zur Finsternis
verdammern

Schluss des Textabschnittes: Bevor Caesar absegelt, errichtet er einen Altar und gelobt, die Herrschaft des neuen Troja (Roms) auch über die Gebiete des alten auszudehnen.

- a. **Sigeasque ... harenas / Rhoetion**: Sigeion und Rhoeteion sind die Vorgebirge an der Einfahrt zum Hellespont (Dardanellen), zwischen denen das Lager der Griechen im Trojanischen Krieg lag.
- b. **Simoentis aquas**: Der Simois war (neben dem Skamander) einer der beiden Hauptflüsse der trojanischen Ebene.
- c. **Graio nobile busto**: Gemeint ist das Grab des Aias (oder nach anderen Lesarten das des Achilles). „Graio“ bedeutet griechisch.
- d. **Phoebei ... muri**: Die Mauern von Troja wurden der Legende nach von den Göttern Apollo (Phoebus) und Poseidon erbaut.
- e. **Assaracus**: legendärer König Trojas; seine „Häuser“ stehen stellvertretend für den trojanischen Adel.
- f. **lassa radice**: Ein Bild für das Alter und den langsamen, aber unaufhaltsamen Verfall durch die Natur.
- g. **Pergama**: Die Burg von Troja.
- h. **Hesiones scopulos**: Hesione war die Tochter des trojanischen Königs Laomedon, die an einen Felsen gekettet wurde, um einem Seeungeheuer geopfert zu werden.
- i. **Anchisae thalamos**: Die „Schlafgemächer“, in denen sich Anchises mit der Göttin Venus vereinte (aus dieser Verbindung ging Aeneas hervor).
- j. **iudex**: Der „Richter“ ist Paris, der in einer Höhle auf dem Berg Ida das berühmte Urteil über die Schönheit der Göttinnen fällte.
- k. **puer raptus**: Ganymed, der von Zeus (als Adler) in den Olymp entführt wurde.
- l. **Nais (= Naias) Oenone**: die Nymphe Oenone, erste Frau des Paris, die er für Helena verließ.
- m. **Xanthus**: Ein berühmter Fluss bei Troja, der hier im Text fast ausgetrocknet und unkenntlich ist – ein Symbol für den Verfall der einstigen Größe.
- n. **Manes Hectoreos**: Die Geister oder das Grabmal Hektors, des größten Helden Trojas.
- o. **Herceas ... aras**: Dies bezieht sich auf den Altar des *Zeus Herkeios* (der Schutzgott des Hofes).
- p. **Latiis ... Musis**: Bei Lukan bezieht sich der Begriff v. a. auf die Selbstbehauptung der römischen Dichtung gegenüber dem griechischen Vorbild.
- q. **Zmyrnaei vatis**: Gemeint ist Homer, der Legende nach in Smyrna geboren.
- r. **Pharsalia nostra**: s. Einl.

Aufgabe:

Zeige durch Textzitate aus den Versen 963 und 980ff. auf, wie der Dichter seine Bedeutung der Caesars gleichstellt!

Hugo Primas: Urbs erat illustris

Der Vagantendichter Hugo Primas (12. Jh.) schreibt in diesem Gedicht über die Ruinen Trojas. Seine Ruinenpoetik zeigt die Antithese zwischen Natur/Tierwelt und Kultur/Zivilisation auf. Das Troja-Thema bietet dem Autor die Möglichkeit, die moralische Botschaft des *memento mori* zu vermitteln: Weder Reichtum noch königliche Abstammung noch die Zuflucht zur Religion (der Altar) können vor dem Schicksal oder der menschlichen Grausamkeit retten, wenn die Welt dem Untergang geweiht ist.

Das Reimschema des Leoninischen Hexameters, bei dem sich die Mitte des Verses (vor der Zäsur) auf das Ende reimt, ist in diesem Fall durch Binnenreime und Wortspiele (Paronomasie) erweitert.¹⁰

Urbs erat illustris,	quam belli clade bilustris	bilustris , -e: zehnjährig
nunc facit exustrix	fecundam flamma ligustris.	exustrix , -icis: verzehrend fecundus 3: fruchtbar ligustrum , -i: Liguster
Urbs fecunda ducum,	caput inclinata caducum,	caducus 3: hinfällig
nunc fecunda nucum	stupet ex se surgere lucum.	nux , -cis f.: Nuss stupere : staunen lucus , -us: Hain, Wald
5 Crescit flava seges,	dictabat rex ubi leges;	flavus 3: gelb
fedant tecta greges,	ubi nutriit Hecuba ^a reges.	seges , -itis f.: Saat(feld) f(o)edare : beschmutzen nutrire : ernähren inclitus 3: berühmt
Urbs habitata viris	et odoribus inclita Syris ^b	
nunc domus est tigris,	serpentibus hospita diris.	dirus 3: unheilvoll, schrecklich
Urbem reginam	mundi decus ante ruinam	
10 terrarum dominam	videas humilem, resupinam.	resupinus 3: am Rücken liegend
Cerva facit saltus,	ubi nobilior fuit altus	cerva , -ae: Hirschkuh saltus , -us m.: Sprung altus 3: hoch angesehen aptus 3: geeignet bene sublimis : hoch erhaben pr(a)edives , -itis: sehr reich opimus 3: wohl genährt, reich modo (Adv.): jetzt imus 3: der Unterste, Niedrigste
et ludis aptus	Ganimedes ^c a Jove raptus.	
Urbs bene sublimis,	ducibus predives opimis	
unaque de primis	modo fit minor et comes imis.	
15 Si muros veteres.	si templa domosque videres,	
quam tenere fleres	mala, que malus intulit heres.	tenere (Adv.): zärtlich que = quae refertus 3: angefüllt, voll fulgere : glänzen
Terra referta bonis,	fulgens opibus Salomonis ^d	

¹⁰ Quelle: <http://www.hs-augsburg.de>

- et regum donis nunc est spelunca leonis.
- Heu, quid agunt bella! preciosa iacent capitella
- 20 et Jovis in cella^e cubat hinc ovis, inde capella.
- Urbis nunc misere dolor est tot dampna videre,
que modo tota fere gemmis radiabat et ere.
- Certabat stellis topazius in capitellis
et decus anellis, medicina smaragdus^f ocellis.
- 25 Sardus et onichili sordent in pulvere vili,
quos tulit a Nili^g victoria fontibus Ili^g.
- Gloria matronis et regum digna coronis
inclita Sardonis ictu percussa lignonis
occurrit pronis vel arantibus arva colonis.
- 30 Que modo contempta, sed magno regibus empta,
venditur inventa pro nummo sive placenta.
- Mercatorque bonus vendit pro pane colonus
nobilis auri onus, quod repperit in scrobe pronus.
- Urbs bene fecunda, nulli sub sole secunda,
35 quod fuit immunda, luit et patitur gemebunda.
- Quolibet in scelere sperans sibi cuncta licere
sorduit in venere: sed dis ea displicuere.
- Quod Paridi^h fede nubebat filia Lede^h
et steriles tede nubente Jovi Ganimedede^c:
- 40 cum propria sede luit hoc datus incola prede.
Nostris fracta dolis immense fabrica molis

spelunca, -ae f.: Höhle

preciosus (pretiosus) 3:
wertvoll

capitellum, -i: Kapitell

cubare: liegen, ruhen

misere = miserae (zu urbis)

ordne: nunc dolor est videre tot

dam(p)na urbis ...

que s.o. / **modo** s.o.

radiare: strahlen

ere = aere (aes: Erz)

topazius, -i: Topas / **capitella**

s.o.

smaragdus, -i: Smaragd

sardus (oder sardonis) et

onichili: Sardonyx und Onyx

sordere: schmutzig sein

vilis, -e: billig wertlos

quos: meint die Edelsteine

matrona, -ae: vornehme

verheiratete Frau

inclitus s.o. / **sardonis** s.o.

ictu percussa: vom Schlag

getroffen

ligo, -onis m.: Hacke

pronus 3: vorübergeneigt

arare: pflügen

arvum, -i: Ackerland

que s.o. / **modo** s.o.

contemnere: verachten (erg.
est)

nummus, -i: Münze

placenta, -ae: Kuchen

reperire: finden

scrobis, -is: Grube / pronus s.o

fecundus 3: fruchtbar, reich

immundus 3: unrein

luere: büßen

gembundus 3: seufzend

quolibet: jeder (Beliebige)

sordere: sich beflecken

venus, -eris: Unzucht

displicuere = displicuerunt

f(o)edus 3: schändlich

nubere (+ Dat.): (jem.) heiraten

steriles t(a)ed(a)e: unfruchtbare

Fackeln

Jovi = Iove (Abl.)

luere s.o.

ordne: incola datus praedae

(zur Beute gemacht)

scinditur agricolis, opus ammirabile Solisⁱ.

Infensus divis periit cum principe civis,

et cum captivis rex captus servit Achivis.

45 Urbis preclare rex ipse volens latitare

fataque vitare cum prole coheserat are;

credebant miseri superos debere timeri:

ira ducis pueri^j non curat sacra vereri;

sic nec eos superi potuere nec ara tueri.

50 Talia cum memorem, nequeo cohibere dolorem,

quin de te plorem, cum de te, Troia perorem.

Sed iam membra thoris dare nos monet hora soporis.

immensae fabrica molis:

Bauwerk von gewaltig Masse

scindere: spalten; erg.: ab

infensus 3: verhasst

Achivi = Graeci

preclare = praeclarae

latitare: sich verbergen

vitare: vermeiden, entgehen

proles, -is f.: Nachkommen

cohaeserat arae: hatte sich an den Altar geklammert

potuere = potuerunt

tueri: schützen

nequeo = non possum

quin (+ Konj.): ohne dass

plorare: weinen

perorare: über etw. sprechen

torus, -i: Lager, Bett

sopor, -oris m.: Schlaf

- Hecuba:** Frau des trojanischen Königs Priamos.
- Syri**, -orum: Syrer, hier verallgemeinert auf Bewohner des Orients.
- Ganymedes a Jove raptus:** Ganymed, ein trojanischer Königssohn von außergewöhnlicher Schönheit, wurde von Zeus (Jupiter) in Adlergestalt in den Olymp entführt.
- Salomonis opibus:** König Salomon diente im Mittelalter als Symbol für unvorstellbaren Reichtum und Weisheit. Troja wird also mit Jerusalem verglichen.
- Jovis in cella:** Die cella war der innerste Raum eines Tempels. Dass dort nun Tiere hausen, ist das ultimative Zeichen der Entheiligung.
- Der **Smaragd** wird hier nicht nur als Schmuck, sondern nach mittelalterlichem Glauben als Heilmittel für die Augen ("medicina ocellis") erwähnt.
- Der Hinweis auf den **Nil** und den Sieg **Iliums** (Trojas) verweist auf die Vorstellung, dass Trojas Reichtum aus fernen, exotischen Ländern stammte.
- Filia Led(a)e:** Helena, die Tochter der Leda, deren Entführung durch **Paris** den Trojanischen Krieg auslöste
- opus ammirabile Solis:** Die Mauern Trojas galten als Werk der Götter (Apollo/Sol und Poseidon).
- dux puer:** Gemeint ist Neoptolemos/Pyrhus, der Sohn Achills. Er kannte keine religiöse Scheu (sacra vereri) und ermordete Priamos direkt am Altar.

Aufgaben:

- Die Verse nutzen den sogenannten Leoninischen Hexameter oder Reim-Hexameter, der typisch für die mittelalterliche lateinische (Vaganten-)Dichtung ist. Auffällig ist der Binnenreim (z. B. *bella / capitella* oder *misere / videre*). Suche weitere 4 Beispiele im Text!
- Zeige in den Versen 1 – 16 an Textzitaten den Sieg der Natur über die Zivilisation bzw. das Motiv der Vergänglichkeit (memento mori und vanitas)!
- Zeige, wie die Verse 27-32 das Thema „Werteverlust und Umkehrung der sozialen Ordnung“ thematisieren.
- Erkläre, wieso die mythologischen Beispiele in den Versen 34 – 40 in christlicher Sicht nach göttlicher Strafe gerufen haben!